Prima puella sic ait. Cur grauat te exilium vbi facile honorabere magis q̄ in patria seu in loco proprie mansionis. Audi de hoc ipsum saluatorem. Amen inquit dico vobis. nemo propheta acceptus est in patria sua. Audi etiam super eodem verbo Bedā venerabilem. Non inquit solum dominus et caput prophetarum. Sed helias et ceteri prophete minus ī patria q̄ ceteris ciuitatib⁹ sunt honorati. quia propemodum naturale est ciues ciuibus inuidere. Non enim considerant presentia viri opera non virtutem. sed fragilitatem recordantur infātie quasi non et ipsi per eosdem etatis gradus ad maturam etatem peruenerunt. Ḥ ille. Sed et sufficiat familiari pro exemplo hoc qō de quadā gloriose virginis pmagine fertur dictum esse. q̄ scilicet cum per illam multa miracula fieri dicerentur quidam homo mirabilis hoc audito dixit se non credere assignans pro ratione. quia de quodaz trunco ligneo facta esset super quem apud ignem suum iacentem cuilibet volenti sedere licuisset.

¶ II. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. Cur te expulsum de patria querularis. dices forte quia poeta testante dulce natale solum. Ꝫ et hugo ille regularis idem testatur. vt inquit ait quidam nescio qua natale soluz dulcedine cunctos ducit et immemores non sinit esse sui Hec autem iste licet recitet consolationis tamen expulsorum de patria viam et modum docet. Quomodo inquies. Certe vt homo de patria iudicium mutet. Videlicet vt non tantum natale solum. sed totum mundum patriam iudicet. vel magis non solum locū in quē exilio relegatus est. sed et terram de qua secundum carnem natus est et totum mundum exilium reputet. De hoc audi prefatum regularem. Virtutis inquit principiū est vt discat paulatim exercitatus animus visibilia hec et transitoria primum commutare. vt postmodum possit derelinquere. Delicatus ille est adhuc cui patria dulcis est. Fortis autem iam cui omne solum patria est. perfectus vero cui mundus totus exilium est. hec ille. Cuius sane dicto quantum ad fortis consolationem accedit verbum illius agellij. Patria inquit carere non est malū. quia forti viro oīs locus pria est

Socrates enim non stulte exilij libertatem domestice seruituti anteposuit.

III. CONSIDERATIO.

Tercia puella sic ait. Tu de patria esse te expulsum opinaris. Sed scias te non expulsum esse de patria. et ita consoleris Huius rei preter predictos sunt testes alij fidedigni. Audi illustrem Senecaz. Patriam inquit meam transire non possum omnium vna est extra hāc nemo proici pt. Nō patria mihi interdici² ꝫ loc⁹ inquamcunqz terram venio in meam venio. nulla terra exilium est Sed altera patria est vbicunqz bene est. Illud autem per quod bene est in homine non in loco est. Si enim sapiens est peregrinatur si stultus exulat. Hec ille illustris. Et ecce qūo iuxta prefati verbum regularis commutat vocabula. nam in exilium missionem. vocat sapientis peregrinationem. expulsionem concedit de loco. ꝫ negat de patria. vt sic manere in patria sit ad consolationem. Sed ꝙ dicit altera patria est. eleuat mentem auditoris ad consolatoriā estimationem. cum enim eiusdem non possint esse due patrie. Locus de quo quis proicitur siue terra non erit secundum premissa patria eius reputanda. sed et censenda est patria potius ille locus. de quo scitur homo non exterior sed interior oriundus. Quippe accessorium vel minus principale naturam sequi congruit principalis. Quid igit². profecto hō exterior respectu interioris minor ē ꝙ granum milij respectu totius corporis celestis. Homo autem interior non est de quocunqz huius mundi loco oriundus. igitur nullus huius mundi locus pro patria. sed totus iste mundus pro exilio est habendus. et alter ab eo locus pro patria a qua neminez q̄s expellit est censendus. Audi ad hunc sensum venerandam illaz boetianam consolatricem ipsum boetium alloquentem. Tu quidez inquit procul a patria non pulsus es sed aberrasti. At si te pulsum existimari mauis te potius ipse pepulisti. Nam id quidem de te nū ꝙ cuiꝙ phas fuisset. si enim cuius oriundus sis patrie reminiscare non vti athenienſium quondam multitudinis imperio regitur. sed que frequentia ciuium non depulsione letetur cuius agi frenis atqz obtemperare iusticie summa libertas est. Hec illa de illa intendens de patria libera que sursum est iherusalem mater nostra cuiꝰ regis frenis regi est vtiqz libertas summa.

Capituluz vndecimū continet consolationes specialiter super torementorum afflictione et violenta mortis illatione.

Undecimo post premissa ad dominam consolatricez supradictam accessit et alius tristis conquerens de torementis. que mox eidem pro consolatione de suis puellis quinqz assignauit.

I. CONSIDERATIO.

Prima puella sic ait. O amice nescis q̄ dictū est de babilone. quantum glorificauit se et in delicijs fuit. tantuz date illi tormentum et luctum. Sed deus infinite bonus et dulcis videtur p̄nior ad delicias post tormenta tribuendum. q̄ ad tormenta post delicias infligendum. Quid ergo. Dicefecto gaudenter sunt tormenta toleranda nedum quando sperantur tante delicie post tanta tormenta puta ipsis commensurate. Sed potius delicie in immensum excedentes. non solum in duratione perpetua. verum etiam in deliciarum copia. Hinc enim de iustis dicit scriptura. Si coram. hoībus tormenta passi sunt. spes illorum immortalitate plena est. in paucis vexati. in multis bene disponentur. Quo inquies. certe suauitate deliciarum. A quo etiam inquies. Certe ab illa eterna sapiētia que disponit omnia suauiter. vt scilicet ipsi iusti multarum deliciarum suauitate in illa immortali vita gaudeant spem ipsorum nunc replente. i. nullo contrario eam occupante. Ad consolationē itaq̄ habendaz in tormentis sufficiat nunc illa spes suauis dispositionis immortalis consistens in delicicijs copiosis quam spem sequitur res tunc cum beatorum corpora seu corporum membra nūc tormentis afflicta. multis delicijs bene. i. suauiter a deo disponētur. quando iuxta certum prophēticum testimonium continget delicijs affluere ab omnimoda gloria eius.

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. O karissime nescis q̄ sanctarum personarum aliqua sexus feminei quandoq̄ est inuenta. tam constās in tormentorum tolerantia. q̄ dignuz duxit sancta mater ecclesia cantare de ipsa. Erecta in virtutis culmine. tormenta derisit. Quanto igitur magis virilis animus tormenta deridebit. quod et licet factum sit sepius. tamen nunc occurrit laurentius. occurrit et vincentius. Nonne habes supra per patrem clarevallis q̄ laurentiꝰ irridebat carnifices. iudicem subsannabat. et bene dicit pater iste Nimirum legitur q̄ decius iussit laurentium scorpionibus cedi. et omne genus tormentorum ante eum afferri quē cū sacrificare iuberet. vt hec tormenta euaderet. respondit. infelix has epulas semp optaui. tunc iubente decio fustibus ceditur et ardētes lamine ad latera apponuntur. et post aliqua iussit eum decius iteruz scorpionibus cedi. subridens autem laurentius gratias egit. et quid hoc erat aliud q̄ tormenta carnificum deridere. Nam et post cum iussu decij ministri eum super cratem ferream nudum extendissent. et prunis suppositis eum cum furcis ferreis compressissent. Dixit hylari vultu ad decium. Ecce miser assasti vnam partem. gira aliam et māduca. Hone etiam legitur de derisione consimili. videlicet cum dacianus iussisset vincentium in eculeo distentum membris omnibus dissipari. et ꝺ facto dicerz. Dic vicēti vbi nūc miserū corpꝰ aspicis

ille subridens ait·hoc est quod semper optaui·tunc iratus preses cepit omnia genera tormentorum minari·nisi ei consentiret·Cui vi centius·Insurge miser et toto malignitatis spiritu debachare· videbis me dei virtute plus posse dum torqueor·q̄ possis ipse q̄ tor ques·Ad hec preses cepit clamare et carnifices virgis et fustibus verberare·et ait vincentius·quid dicis daciane·ecce tuipse me vi dicas de apparitoribꝰ meis·tunc preses amens factus dixit carni ficibus·miseri nihil facitis·cur deficiūt manꝰ vestre· Propter qō carnifices pectines ferreos vsq3 ad vltima costarum fixerunt· ita vt de toto eius corpore sanguis efflueret·et solutis costarum com paginibus viscera interna paterent· Et ait dacianus·miserere tui vincenti vt possis ea que supersunt tormenta lucrari·Et ait Vincē tius·O venenosa lingua dyaboli·tormenta tua non timeo·nolo vt aliquid minuas de supplicijs vt te victum in omnibus fatearis Tunc assumptus ex eculeo atq3 ad patibulum raptus morās carni ficum arguendo·ad penam alacriter properabat Ceterum redeū do ad sexum femineum si hystorias legeres·premissis cōsimilia re perires·Ecce ō Agatha sic canit ecclesia·Agatha letissime et glo rianter ibat ad carcerem·et quasi ad epulas inuitata· Sed et in e culeo iussa suspendi·et in mamilla torqueri legitur dixisse· Ego in hijs penis ita delector sicut qui bonum nunciuz audit·aut qui vi det q̄diu desiderauit aut qui multos thesauros inuenit·Et certe i primo puncto de epulis cum laurentio concordans·licet epule ō lectent·et tormenta crucient·non tamen ipsa videtur errasse·eo q̄ tormenta iustorum sunt adeo propinqua dispositio ad epulas· De quibus dicit scriptura·Iusti epulentur et exultent in conspectu ōi Quapropter parum distare·nihil distare videntur·Sunt igitur tor menta epule·i·epularum seu celestiuz deliciarum ꝑpinquissime cāe Et licet in hijs tormentis consistat manna ad presens absconditum·tamen perfectionibus solent sanctis dulce sapere·saltem sub proximarum epularum ratione·Sunt etiam tormenta bonum nun cium vtpote epulas celestium deliciaruz instare de proximo nūciā tia·nec mirum si idcirco diu añq̄ in presentiarum videantur a san ctis viris vel feminis sint desiderata·vt de cruce supra patuit in andrea·quam dum vidit exultauit· ac se illam diu desiderasse as seruit·Hec etiaz profecto tormēta multis sunt thesauris equippol lentia·quippe in hijs consistit monete cuiusdam percussura que ad regnum celorum comparandum omnibus mundi huius thesauris deo magis est accepta·O igitur felicia tormenta felices constituē tia·merito optanda· Vnde et mater ecclesia sic canit de vincentio Beatus vincentius applicatus tormentis·alacri vultu dixit· Hoc est quod semper optaui et votis omnibus exquisiui· Sed et reddit dicti rō de ipso simul et valerio sic cātādo· Tāto nāq3 feliciores se esse credebāt·q̄nto acrora tirāni supplicia pia lōganitate certassent

euincere.

III. CONSIDERATIO

Tercia puella sic ait. Cur amice non recipis consolationem intormentis que merentur dei presentiam certamen videre volentis. de quo etiam gaudium est angelis. Vis scire q merentur dei presentiam. Audi vocem ecclesie de vincentio sic cantantis. Beatus vincentius applicatus tormentis dei presentia roboratus. Et nūquit ñ aliqd sīle de visiōe certamis reperit. Certe sic in illo glorioso anthonio. de quo legitur q cum quadam nocte a demonibus esset laceratus. subito radiq quidaz lucis. et demones. et tenebras effugauit. statimqz sanatus. christum presentem intelligens dixit. Vbi eras ihesu bone vbi eras. quare a principio non affuisti vt curares vulnera mea. et vox ad eum ait. Anthoni hic eram. sed expectaui videre certamen tuum. Sed quid. Profecto non magis videre vult deus certamen viri sancti cum dyabulo q̄ cuz ministro dyaboli. i. cum quocunqz tyranno. Porro q de illo certamine angelis sit gaudium digne mouens ad ipsius exercitium hoc patet autoritate ecclesie in festo agathe taliter intonantis. Gaudeamus omnes in domino diem festum celebrantes sub honore Agathe v̄ginis de cuius passione gaudent angeli et collaudant filium dei

IIII. CONSIDERATIO.

Quarta puella sic ait. Dic queso mihi cur times tormenta. Si pene acerbitas est in causa. non expedit quidem homini qui desiderat in conspectu diuine maiestatis virtutuz in habitibus nobilioribus comparere. et per hoc thesaurum premiorum sibi cōparare. Audi personam que videtur diuinitus inspirata huiuscemodi fecisse comparationem superius etiam tactam. Sicut inquit serica vestis que cum auro et lapidibus preciosis ornatur nequaq̄ propter grauedinem proiscitur. sed ex hoc nobilior et carior habetur. Ita fidelis anima ꝓpter pene acerbitatem. ipsam virtutis vestem non recusabit. quia omnes virtutes eiq ex hoc nobilitantur. et meritum eius exinde in infinitum thesaurum cumulatur. ℔ illa.

V. CONSIDERATIO.

Quinta puella sic ait. O homo huius seculi ideo forte tormenta perhorrescis precipue quia statim mortem possunt inducere. Sed hec ratio tanto bono q illatā mortem potest obsequi considerato. non desolationis. sed causam potius implicat magne consolationis. Vis hoc intelligere. Audi nostrum aquinensem. Siqs inquit mortem illatā patienter sustineat. etiaz si pro aliquibus criminibus sit illata valet ad diminutionem pene et ad liberationem etiā a tota pena ſm quātitatē culpe et patie et ordinis. ℔ ille. Sz quid. Certe nō est modica desolatō euadere penā ignis purgatorij que est adeo magna. q magnq p̄ Augustinq magnitudiez eiq insinuās. Deiq inqt purgādq e igne purgatōis. q̄ i aliud seclm distulit fructū diuersiōis. Is aūt ignis et si eternq ñ sit. miro tñ mō ḡuis est

excellit enim omnem penam quā vnq̄ aliquis passus est in hac vita nunq̄ in carne tanta pena inuenta est. licet mirabilia passi sint martires tormenta. Hec pater ille. que et venerabile volumen recitat decretorum. Sed et cyrilli epla predicto magno patri quondam directa eandem sententiam miraculosa quadam visione et horribili manifestat.

¶ Capitulum duodecimum continens consolationes super martirio seu martirij passione et dira morte.

DVodecimo post premissa accessit et alius tristis ad p̄memoratam dominam consolatricem. occasione imminentis martirij nimiū perturbatus. cui illa pro dsolatione de suis puellis octo assignauit.

¶ I. CONSIDERATIO.

PRima puella sic ait. O amice cur sic de martirio cōtristaris ne preferas iudicium tuum alijs presertim spiritualibus viris et feminis. quippe spiritualis omia diiudicat ait apostol9. Sicut em̄ perit iudicium cuz res transit in affectum. Ita spiritualis min9 male affect9 atqz minus in iudicio impeditus est ad recte iudicandū subtiliorib intellectus. Quid ergo. Profecto nisi viri et femine spirituales in martirio non aliud magni boni consistere iudicassent. non tam patienter. tam libenter. tanqz glorianter et audacter martirium suscepissent. quorum preclara exempla digne ad similia nos mouentia illorum hystorie qui tempore veteris et noue legis fuerunt. manifestant. Vis habere exempla quantuz ad vtrumqz sexū de veteri testamento. Vide p̄mo hystoriam d̄ Eleazaro. Ecce machabeorum liber de hoc viro sic dicit. Eleazarus vnus de principibus scribarum vir etate prouect9. et vultu decorus. aperto ore hyans compellebat2 carnem porcinam manducare. At ille gloriosaz mortem magis q̄ odibilem. vitam amplectens. voluntarie preibat ad supplicium. Hij autem qui astabant ꝓpter antiquaz viri amiciciam tollentes euz secreto rogabant afferri carnes quibus vesci ei licebat. vt simularetur manducasse. sic̄ rex impauerat de sacrificij carnibus. vt hoc facto a morte liberaretur. et propter veterem viri amiciciam hanc in eo fecerunt humanitatem. At ille cogitare cep1 etatis ac senectutis sue eminētiā dignaz et ingenue nobilitatis canicie atqz a puero optime conuersationis. et secundum sancte et a deo condite legis instituta respondit cito dicens premitti se velle in infernum. non enim etatem nostram dignum est inquit fingere vt multi adolescentium arbitrantes eleazaruz nonaginta annorum transisse ad vitam alienigenarum. et ipsa propter meam sil'ationem. et ꝓpter modicum coruptibilis vite tempus decipiantur et per hoc maculam atqz execrationez mee senectuti conquiram. Q̄in obrem fortiter ipsam vitam excedendo senectute quidem dignus

apparebo · Adolescētibus autem exemplum forte relinquam · Si promptο animo ac fortiter pro sanctissimis legibus honesta morte perfungar · His dictis confestim ad supplicium trahebatur · ꝫ cum plagis perimeretur ingemuit et dixit · Domine deꝰ qui habes sanctam scientiam manifeste tu scis · quia cum a morte possem liberari · duros corpis sustineo dolores · secundum animam vero propter timorem tuum libenter hoc patior · et iste quidem hoc modo vita decessit · non solum iuuenibus · sed et vniuerse genti memoriam mortis sue ad exemplum virtutis et fortitudinis derelinquēs · Hec in dicto libro in quo et de sexu femineo videlicet de matre quadā septem filiorum · Una tamen cum filijs suis exemplum martirium patiendi glorioſum et memoria dignum cōmemoratur in hec verba · Contigit septem fratres cum matre apprehenſos · compelli a rege scilicet Anthiocho contra phas ad carnes porcinas · Vnꝰ autem ex illis qui erat primus sic ait · quid queris · et quid vis discere a nobis · Parati sumus mori magis q̄ patrias dei leges preuaricari · Iratus itaq; rex iussit sartagines et ollas eneas succendi · quibus statim succenſis iussit ei qui prior fuerat locutus amputari linguam · et cute capitis abstracta summas quoq; manus ei et pedes preſcidi ceteris eius fratribus et matre inſpicientibus et cuꝫ iam per omnia inutilis factus esset · iussit ignez admoueri · et adhuc ſpirantem torreri in sartagine · In qua cum diu cruciaretur ceteri vna cum matre inuicem ſe hortabantur mori fortiter dicentes · Dominus deus aſpiciet veritatem et conſolabitur in nobis · quemadmodum protestatione cantici declarauit moyſes · et in ſeruis ſuis conſolabitur Mortuo itaq; primo illo · hoc modo ſequentem deducebant ad illudendum · et cute capitis eius cum capillis detracta interrogabant ſi manducaret priuſq̄ toto corpore per membra ſingula puniretur · Et ille reſpondens patria voce dixit · Non faciam Propter quod et iſte ſequenti loco primi tormenta ſuſcepit · et in vltimo ſpiritu oſtitutus · ſic ait · Tu quidez ſceleſtiſſime in preſenti vita nos perdis · ſed rex totius mundi defunctos nos pro ſuis legibus in eterne vite reſurrectionem ſuſcitabit · Poſt hunc tertius illudebatur · et linguam poſtulatus cito protulit · et manus conſtanter extendit · et cum fiducia ait · e celo iſta poſſideo · ſed ꝓpter dei leges nunc hec ipſa deſpicio · quoniam ab ipſo me ea recepturum ſpero · Ita vt rex et qui cum ipſo erant mirarentur adoleſcentis animum q̄ tanq̄ nihilum duceret cruciatus · Et hoc ita defuncto quartum vexabant ſimiliter torquentes · ſequitur poſt verba illius · et cum admouiſſent quītum vexabant euꝫ · ſequitur poſt verba illius · Poſt hunc ducebant et ſextum · ſequitur poſt verba illius · Supra modum autem mater mirabilis et bonorum memoria digna que pereuntes ſeptē filios ſub vnꝰ diei tpe bono aīmo ferebat ꝓpter ſpē quā in deū hēbat · ſmḡlos cohortabat pria voce

foꝛtiter repleta ſapientia et feminee cogitationi maſculinum animuꝫ inſerens· dixit ad eos· Filij neſcio qualiter ī vtero meo aparui ſtis· neqꝫ en im ego ſpiritum et animam donaui vobis et vitam· et ſingulorum membꝛa non ego ipſa compegi· ſed et mundi creatoꝛ q̄ foꝛmauit hominis natiuitatem quiqꝫ hominum inuenit oꝛiginem et ſpiritum vobis iterum cum miſericoꝛdia reddet et vitā ſicut nūc noſmetipſos deſpicitis ꝓpter leges eius· Anthiochꝰ autem contēni ſe arbitratus· cum adhuc adoleſcentioꝛ ſupereſſet· non ſoluꝫ vꝫbis hoꝛtabatur· ſed et iuramento affirmabat diuitem ſe et beatum facturum et tranſlatum a patriſs legibus amicum habiturum et res neceſſarias pꝛebiturum· Sed ad hec cum adoleſcens nequaq̄ inclinaretur vocauit rex matrē et ſuadebat vt adoleſcenti fieret in ſalutem· cum autem multis eam verbis eſſet hoꝛtatꝰ pꝛomiſit ſuaſuram ſe filio ſuo· Itaqꝫ inclinata ad illuꝫ irridens crudelē tpr̄anū ait patria voce· fili mi miſerere mei que te in vtero decem menſes poꝛtaui et lac triennio dedi et alui· et in etatem iſtam pꝛoduxi· peto a te vt aſpicias in celuꝫ et terrā et ad omnia que in eis ſunt et intelligas· quia ex nihilo fecit illa deus et hominum genus· Ita fiet vt non timeas carnificem iſtum· ſed dignus fratribus tuis effectus· ſuſcipe moꝛtem vt in illa miſeratione cum fratribꝰ tuis te recipiam· Cum ꝫ illa adhuc diceret· ait adoleſcens· Quem ſuſtinetis non obedio pꝛecepto regis· ſed pꝛecepto legis que data eſt nobis per moyſen· ſequitur poſt multa verba ipſius contra regem dicta tunc rex accenſus ira in hunc ſuper omnes crudeliꝰ deſeuit indigne ferens deriſum ſe· et hic itaqꝫ mundꝰ obiit per omnia in domino confidens· Nouiſſime autem poſt filios et mater conſumpta eſt· ꝫ ibi· ¶ Quoꝛo ſi exempla martirium patiendi ſimiliter quantum ad vtrumq̄ ſexum vis habere etiam de hijs qui fuere tempoꝛe noue legis· oſidera pꝛimo pꝛius dicta et que vlterius dici poſſunt de viris amoꝛis et feruoꝛis eximij· Duta de andꝛea· de laurentio· de vicentio· atqꝫ illam pulcram hyſtoꝛiam de ſebaſtiano milite glꝛioſo· oſidera et quantum ad ſexuꝫ femineuꝫ dicta et que dici poſſunt de agatha· de katherina· de agnete· de margareta· ac de pluribus alijs· ſpecialiter autem et de alia matre· vij· filioꝛum vna cum filijs ſuis de quibus ſic legitur· Septem fratres fuerunt filij beate felicitatis quoꝝ nomina ſunt januarius· felix· philippus· ſpluanus marcialis· Vitalis· alexander· hos omnes cum matre iuſſu imperatoris anthonij publius pꝛefectus ad ſe vocari fecit ſuaſitqꝫ matri vt ſui et filioꝛum ſuoꝛum miſereri deberet· Que ait· Neqꝫ blandicijs tuis potero allici nec terꝛoꝛibus frangi· et conuerſa ad filios ait· Videte filij mei celum et ſurſum aſpicite kariſſimi· quia ibidem expectat nos criſtus· Foꝛtiter ꝓ criſto pugnate et fideles voſ in criſti amoꝛe exhibete· Cum ergo mater et filij conſtantiſſimi ī fide permanerent omnes vidente matre et confoꝛtante· diuerſis ſūt

occiſi ſupplicijs. Quãobrem et gregorius egregie commendat martirium eiuſdem martiris. Beata inquit felicitas. vij. filios vt in geſtis ipſius legitur ita poſt ſe timuit viuos in carne relinquere ſicut parentes carnales ſolent ne mortuos premittant metuere. In perſecutionis enim labore deprehenſa corda filiorum in amore ſuperne patrie predicando roborauit. et ſpiritu parturiuit deo quos carne pepererat mundo. cõſiderate fratres in femineo corpore pectꝰ virile. Ad mortem imperterrita ſtetit et in filijs ſe lumen veritatis amittere ſi non fuiſſet orbata timuit. Non igitur hanc feminã. martirem. ſed plus q̃ martirem dixerim. que ſeptem pignoribus ad regnum premiſſis ante ſe moritura totiens ad penam prima venit. ſz octaua peruenit cruciata et impterrita mater ſtetit per filiorũ mortem doloꝛi nature. ſpei gaudium adhibuit. timuit viuentibus gauiſa morientibus optauit poſt ſe nullum relinquere ne ſiquem haberet ſuperſtitem non poſſet habere conſortem. Nemo autem exiſtimet q̃ eius cor morientibus filijs minime pulſauerit etiaz affectꝰ carnalis. Non enim filios quos carnem ſuam nouerat eſſe. poterat ſine dolore morientes videre. ſed erat interior vis amoris que dolorem vinceret carnis. Filios igitur iuxta carnem amauit. ſed amatos pro amore celeſtis patrie mori coram ſe voluit. Illoꝝ vulnera ſuſcepit. ſed ipſa in eis ad regnum preuenientibus excreuit. Recte ergo plus q̃ martir hec femina fuit. que totiens in filijs deſideranter extincta dum multiplex martirium obtinuit. ipſa quoq; martirij palma vicit. Martires ergo beata felicitas vicit que tot ante ſe morientibus filijs pro chriſto frequenter occubuit quoniam et illius amoꝛi ſola mors ſua minime ſuffecit. hec gregorius.

II. CONSIDERATIO

Secunda puella ſic ait. O amice. Tu a deo expectas tandem poſt hanc vitam illam conſolationem nobis repromiſſam. de qua ipſe dominus loquitur per prophetam. Quomodo inquit ſicut mater blandiatur. Ita ego conſolabor vos et in iheruſalem conſolabimini. que conſolatio quanta ſit. nec oculus vidit. nec auris audiuit. nec in cor hominis aſcendit. et nonne dignum eſt q̃ et tu illam conſolationem promerearis per martirij pugnam cui preſens eſt. et reſpicit te ei tanq̃ ſpectaculum exhibendo. quatenus et iſpe in te conſoletur vel magis letetur. Dices forte eſt ne mihi hoc poſſibile. Eſt vtiq;. Nonne de conſolatione ipſiꝰ in tua pugna preſentis habes expreſſum teſtimonium per verba prius per ſororem meam ex machabeorum libro recitata. de matre ſcilicet cum ſeptẽ filijs quorum vno cum diu in ſartagine cruciaretur. ceteri vna cuz mre ſicut ibi dicit̃ inicẽ ſe hortabãt̃ mori fortiter. dicẽtes. dñs deus aſpiciet et cõſolabitur in nobis. Dolor de ipſius chriſti leticia

in martirū pugna loquēs ille Cipzian⁹. O inq̄t quale do fuit illud ſpectaculum. q̄ letus illic chriſtus affuit. q̄ libens in talibus pugnauit. hec ille depugna martirum pzeterita. ſed et eadem ratio ē etiam de futura.

¶ III. CONSIDERATIO.

TErcia puella ſic ait. Nonne illud quod pzecioſum eſt ex ſui habet ratione q̄ nec triſte. nec moleſtum eſt. ſed magis appetibile eſt. Vtiq; ſed quid. Dzofecto martirium pzecioſum eſt. licet em̄ generaliter pzecioſa in conſpectu domini mozs ſanctozum ei⁹. ſpecialiter tamen inter ſanctorum mozres ceteris paribus pzecioſius eſt martirium. vtpote pzeſentia chriſti conſecratuz pariter et per eum conſummatuz. Audi quid de hoc ſanctus ille Cypzian⁹ epiſtolariter ſcripſerit. O inquit beati martires quibus vos laudibus p̄dicem. O milites foztiſſimi vſq; ad glozie conſummationez toleraſtis duriſſimam queſtionem nec ceſſiſtis ſuppliciis. ſed potius ſupplicia ceſſerunt vobis. finem dolozib⁹. quem non dabant tozmenta. dedit cozona. O quale deo fuit illud ſpectaculum. q̄ ſublime. q̄ magnum. q̄ pzecioſum et acceptum. q̄ letus. illic chriſtus affuit. q̄ libens in talibus pugnauit et vicit. hec ille. Audi beatam agatham chriſtum alloquentem. Vidiſti inquit domine agonem meum et expectaſti quomodo pūgnaui in ſtadio et cetera. Sz et johānes epiſcopus chriſti militem alloquens. conſidera inquit te preſente deo cum hoſte pugnare. fauet vt obtineas cum pugnas. pzeſens eſt in tua pugna dominus congreditur. et victozia tibi aſcribitur. Deniq; cum martirium baptiſmati comparetur pzecioſitati eius atteſtatur q̄ ceteris baptiſmatibus pzefertur. Audi prefatum cypzianum de hoc loquentem. Hoc inquit baptiſma in gratia maius. in poteſtate ſublimius. in honoze pzecioſius. De hoc etiam ille maximus. Felix inquit baptiſmus ſanguinis. quo omne delictuz ita exiit. vt iam non poſſit redire.

¶ IIII. CONSIDERATIO.

QVarta puella ſic ait. Nonne velles o amice maiozuz ſanctozuz communiter libenter numero aggregari. Vellem inquies. ſi ſcirem quo pacto. pzofecto hoc poteris virtute veri martirij. Vis hoc ſcire. ratione hoc conſideres pariter et ſimilitudine. Ecce ratio. maioz caritas. maiozem ſanctum conſtituit. Sed nonne ipſe ſaluator teſtatur caritatem martirum a caritate aliozum communiter ſaltem ſignis euidentibus non excedi. Quod quidez inſinuans voce eccleſie. maiozē inq̄t caritatē nemo hz vt animā ſuā ponat q̄s p amicis ſuis. ¶ Dozro ſi iſtō dſideras p ſilitudiez cfirmari. Ecce ſic di⁹ mūdi ſapiēſ q̄ arbozes fiūt magne iuxt mare rubz. Ita boies

qui arboribꝰ comparantur. fiunt magni et maiores q̄ omuniter alij etiā sancti. et hoc quidem prope mare rubrū. i. propter amarum martirium quo rubrum sanguinem effundunt propter cristum.

V. CONSIDERATIO.

QVinta puella sic ait. Estimo q̄ ideo horres de martirū fieri numero. quia infelices reputas. Sed hoc vtcumq; concesso. quaso dic mihi an non melior sit infelicitas felicitate perornata. q̄ felicitas infelicitate deprauata. vel qđ in idem redit. an non melius sit esse feliciter infelicem. q̄ infeliciter felicem. Sed petes forte probleuma melius explicari. Peto igitur a te. an non melius sit esse temporaliter infelicem et eternaliter felicem. q̄ temporaliter felicem et eternaliter infelicem. Et credo procul dubio q̄ sentias primum esse melius q̄ secundum. Sed quid. Profecto primum qđ melius est atq; ideo potius amplectendum. hoc sanctis ratione martirij. secundum vero conuenit hominibus seculi. Audi de hoc magnum patrem Augustinum. Seculi inquit homines infeliciter felices sunt. martires autem feliciter infelices. Quid ni sic dixerit. Nimirum ipsi martires temporalis passionis infelicitatē eo feliciter patiuntur quo ipsi regnum celorū immediate post martiriuꝫ ingrediuntur. Hoc nanq; pater clareuallis insinuās. Pauperibꝰ inquit pariter et martiribꝰ regnum celorum promittitur quia paupertate quidem emitur. sed in passione pro cristo absq; dilatione aperitur.

VI. CONSIDERATIO

SExta puella sic ait. O amice cur mori pro cristo trepidas. qui pro te mortem pati minime dubitauit. Ipse quidem qui non tenebatur. tu vero qui teneris. Ipse inermis. tu vero per ipsum pata habens arma. Ad que assumenda admonet petrus apostolus Xp̄o inquit in carne passo et vos eadez cogitatione armamini. Ip̄o scilicz xp̄o ad hoc seipso prouocante. Audi patrem clareuauallis Vtrumq; inquit es mihi domine et speculum patiendi. et premiuꝫ patientis. vtrumq; prouocat fortiter et vehementer accendit. De ipso etiam christo sponsa ait in canticis. Fasciculus mirre dilectꝰ meus mihi inter vbera mea omorabitur. et quid sibi volunt hec v̄ba. Profecto secundum notam huius cantici dilecto sponse christo scilicet in cruce potus mirrati vini oblatus est. et fasciculꝰ mirre. ipse dilectus factus est. quando ablatus de cruce et sepeliendꝰ mirra perlinitus est. vt sic per mirram ꝺsideremus dominicā sepulturam. vel ipsa amara mors dilecti et tota passionis congeries per mirre amare fasciculuꝫ designatur pro quanto in ea plures fuerūt amaritudines. quia scilicet in omnibus membris quemadmodū talis fasciculus componitur ex pluribꝰ ramusculis. Sed quid est q̄ hūc fasciculū vult sp̄osa iter vbera sua habere nisi q̄ dignū ducꝫ se xp̄m passuꝫ vt exēplū oēm mortis et passiōis amaritudiez tolerādi

pre oculis habere in pectore seu in corde pro continua recordatione. Inter vbera igitur eius. i. inter intellectum et affectum vel in corde q quasi est inter vbera dictus fasciculus. i. xp9 eius dilect9 commorabitur. i. continue versabitur. per intellectus meditatōnē et affectus compassionem. et cordis amorosam recordationem. Verum quia mirra non solum est amara. sed etiam odorifera. et per cō sequens xps di vt9 et dei sapientia per amare mortis passionem q̄i mirra electa dedit suauitatem odoris. Idcirco de predicto mirre fasciculo loquens pater clareuallis. habete inquit illum semper ñ retro in humeris sed ante pre oculis ne portantes et non odorantes. et onus premat. et odor non erigat. videntes angustias domini leuius vestras portabitis. Ad hanc nimirum intentionem etiam loquitur sanctissimus pater gregorius. Si inquit passio domini ad memoriam reuocetur. nihil adeo durum quod ñ equo aīo toleretur

VII. CONSIDERATIO.

Septima puella sic ait. Nōne libenter velle deberes pati mortem duriorem. vt haberes respectu eterni cruciatus euadendi et eterni gaudij consequendi securiorem. certe sic. Sed quid. Dorefecto respectu predictorum saltem eximij doctoris dicto suppositio non est mors securior q̄ sit mors quam martirium implicat vel inducit. Est nimirum securior q̄ mori in seculari prelio q̄ mori i lecto. vel quouis alio modo. Nempe in quolibet alio mortis genere vera contritio q̄uis quādoq; in tali articulo haberi sit difficilis. tamen necessaria est ad salutem. sed secundum p̄memoratum doctorem videlicet thomam aquinensem ad effectum martirij sic sufficit sola attritio q veram ctritionem martirio esse preuiam. non est necessarium ad salutem. eo ad minus quo ꝫm ipm in baptismo sanguinis gratia ꝺfertur pueris. qui pro cristo occiduntur. et etiam adultis p̄t in ipso actu passionis gratia dari sicut in baptismo aque si se ad eam dispposuerunt et obicem non ponunt spiritui sancto.

VIII. CONSIDERATIO.

Octaua puella sic ait. O homo cur non libenter pugnas p martirij tolerantiam. qua in pugna habebis victoriam. et ea peracta. absq; dubio reportabis coronam. sed et insuper membrorū vulneratorum pulchritudinem maximam. Vis scire de victoria pariter et corona. Audi de re hac maxima illum maximum ep̄m. Qui inq̄t occiditur p xp̄o victus non dicitur. q; dum occiditur victor efficitur. corona ꝓprie victoribus datur. quomodo ergo occisus ille victor negatur qui p eo q occiditur a iusto iudice coronatur. nō est ergo vict9 occisus cui mors corpis intantum facta est triumphal' vt per illam fieret immortalis. Vis scire vlteri9 de membrorum vulneratorum penes ipsa vulnera pulchritudine maxima. Audi johannem os aureum. Sicut inquit ex corona regali vndiq; fulgores emittuntur. ita martirum corpora pro xp̄o vulneribus distincta oīm

regum ꝺyademate delectabiliora reddũtur. hec ille. Ꝫ et de hac materia plurima alibi ſunt conſcripta.

Explicit liber ſecundus de ꝺolatiõe theologie. Incipit liber terci⁹ continens ꝺolationum remedia opoꝛtuna contra illa turbatiua que opponuntnr ꝺmodo et quieti. Capitulum pꝛimum ꝺtinens conſolationes ſuper inquietudine temptationum in genere.

TErcio pꝛincipaliter. xx. et vno triſtib⁹ ſupꝛaꝺicte ꝺñe conſolatrici pꝛincipali appꝛopinquantib⁹ et ei aſtãtib⁹ vnus ex eis ꝓpter inquietudinem temptationum in genere ante ceteros ipſam eſt allocutus hiis verbis. O ꝺña clementiſſima nimis vexoꝛ temptatõnib⁹ et veſtra conſolatone ſumme indigeo. At illa eidem ꝺfeſtiꝫ de ſuis puellis tres adiunxit. quaten⁹ ꝺicto triſti ꝺſolationem impenderent quantam poſſent.

I. CONSIDERATIO.

PRima puella ſic ait. O homo ꝺic nunq̃ audiuiſti illud poeticum leui⁹ communia tangunt. Si non audiuiſti tene per expientiam ita eſſe. Quid ergo. Pꝛofecto ſequitur hic ſi hucuſq; tẽptationib⁹ es vexatus. et grauiter hoc poꝛtaſti. q̃ non tam egre feras ammodo. ſed de neceſſitate virtutẽ faciens plus ſolito leuiter poꝛtes. Quippe temptari paſſio eſt ineuitabilis et communis omnib⁹ deo ſeruire incipientib⁹ atq; deo acceptis. ſiue ſignum pꝛecioſum ꝺiuine ꝺilectiois. Vis ſcire q̃ temptari paſſio eſt ineuitabilis. Audi magnum patrem Auguſtinum pꝛemonitos inquit vos eſſe volo neminem ſup terram abſq; temptatione victum. Vis ſcire q̃ hoc accidens deo ſeruire incipientib⁹ ſpecialiter ſit commune. Audi eccleſiaſticum. Fili inquit accedens ad ſeruitutem dei pꝛepara aiam tuam ad temptationem. Vis ſcire q̃ ſit ꝺmune deo acceptis ſiue ſignum ꝺiuine ꝺilectionis. Audi angelum Raphaelẽ thobie loquẽtem. qꝛ inquit acceptus eras deo neceſſe fuit vt temptatõ pꝛobaret te. O ſignum rei optime tante dignationis ꝺiuine. tante ꝺilectioniſ et gratie. ſignum eterne felicitatis firmiſſime ſperande.

II. CONSIDERATIO.

SEcunda puella ſic ait. Nunquit non materiaꝫ gaudij ferre poteris. aut gaudio moleſtaris. Eſt pꝛofecto temptatõ quiꝺꝺam gaudioſum. i. gaudio plenum. Audi jacobuꝫ alphei. Omne inquit gaudium exiſtimate fratres mei cum in temptatõnes varias incideritis. omne inquit gaudium ſcꝫ mundi ſꝫm equiualentiam. vel potius ſꝫm eminẽtiã. Ꝫ q̃ ꝺicit exiſtimate. abſit ita ꝺbere itelligi. q̃ talis et tãt⁹ apt⁹ ab vtero mris ſanct⁹ et ꝓpter ſimilitudinẽꝫ i facie et moꝛib⁹ fr ꝺñi ꝺict⁹. velit quoſcũq; fl'am hãe eſtimatõeꝫ de reb⁹

vt quod est lutuz estimem⁹ auruz. Absit hoc frater absit. Vnde ſm veritatem temptationes varie ſunt omne gaudium predicto modo ſiue materia maximi gaudij qđ et appareret ſi adeſſet estimatō. Nec mirum. nam et nunc terrena quedam et tranſitoria parum vl̄ nihil bonitatis habentia. virtute estimationis cenſentur eſſe optima et quib⁹ ſunt peiora dicuntur eſſe multo meliora. Nonne ēm omne viuum est nobilius q̄ non viuum. Aurum igitur atq; lapides pretioſi et cetera huiuſcemodi que omni vita carent ſunt ſm veritatez peiora quedam q̄ formice. q̄ muſce. q̄ aranee. q̄ minimus floſcul⁹ campi. vel folium arboris. vel pilus capitis. Hec ēm et ſimilia vl̄ viuunt vita ſenſitiua. vel vita plante ſeu vegetatiua. et tamen lapides preciosi aurumq; et argentum et cetera metalla dicuntur p̄ dictis viuis multo eſſe meliora. et ſunt magis acceptabilia. Cur ℔ pfecto ſola estimatio hoc facit. Sic est etiam de denario vel flore no figuram habente ſeu regis pmaginem. qui quidem ſm veritatē non plus valet q̄ ſi tali nummiſmate omnino careret. Q⁹ ergo pl⁹ valet hoc est ſolum ꝓpter estimationem quam vulg⁹ de ipſo habet Si igitur estimatō etiam falſa facit res valere. quanto magis vera estimatio de valore temptatōnis est habenda et omni gaudio mūdi. ſaltem ſm equiualentiam preferenda. hoc tene hoc firmiſſime crede fidem teſtimonio tam excellentis apoſtoli vtiq; veridici faciente.

III. CONSIDERATIO.

Tercia puella ſic ait. O ſi ſcires frater quanta temptatō operat⁹ bona. non ſic temptatō te grauaret. Ecce temptatio erudit. tē: tēptatōe hūilitas pficit. tēptatio vtutes cuſtodiri facit. tēptatio vtuti adicit. Burſū tēptatio iuſtos pbat. tēptatō etiā modicū durās pbatā fidē magnificat. tēptatio preſertiz patiētis populū edificat temptatio i futuro coronat. Vis ſcire q̄ tēptatō erudit. Lege ecclesiaſticum. Qui inquit non est temptatus qui ſcit. qui non est expertus. Dauca recognoſcit. qui tempratus non est qualia ſcit. Vis ſcire q̄ temptatione humilitas pficit. Audi gregorium doctorem egregium per temptationem inquit humilitas pficit que mentem ab elatione cuſtodit. Audi eundem itidem. Dia inquit oditoris diſpenſatione agitur. vt de ſe ofidens anima diſpenſatoria temptatō ne pulſetur. quatenus infirmata quid ſit inueniat. et preſumptōnis ꝓprie faſtum deponat. Vis ſcire q̄ temptatio virtutes cuſtodiri facit. Audi predictum doctorem iterum. Sancti inquit viri cum mlta ſe pficere virtutum pſperitate oſiderant. quodam fraterne diſpenſationis moderamine exerceri ſe etiā vel temptatōnibus exultant. q̄ tanto robuſti⁹ acceptam virtutum gloriam cuſtodiunt. q̄nto temptationis impulſu ocuſſi infirmitatem ſuam humili⁹ agnoſcunt. Vis ſcire q̄ temptatō virtuti adicit. Audi ſenecā illū illuſtrē

Multum inquit adicit sibi virtus lacessita. Audi et econtra leonez papam. Nulla inquit sunt sme temptationum experimentis opera virtutis. Denzo si vis scire q̄ temptatio iustos probat. Lege ecclesiasticū. Vas inquit figuli probat fornax. et homines iustos tēptatio. Vis scire q̄ temptatio et que breuissima est censenda proba tam fidem magnificat. Audi apostolorum principem. Modicum inquit nunc si oportet contristari in varijs temptationib⁹. vt probatio fidei vestre preciosior sit auro quod per ignem probatur. Vis scire q̄ temptatio presertim patientis populum edificat. Lege scripturam de thobia sic dicentem. Hanc temptationem ideo permisit dominus euenire illi vt posteris daretur exemplum patientie illi⁹ Vis postremo scire q̄ temptatio in futuro coronat. Audi saraz thobie iunioris coniugem deo loquentem. hoc inquit habet pro certo omnis qui colit te. quia vita eius si in probatione fuerit. coronabitur. si autem in tribulatione fuerit. liberabitur. non em̄ delectaris in perditionibus nostris. Audi quoq; et jacobum alphei. Beatus inquit vir qui suffert temptationem. quoniā cum p̄batus fuerit accipiet coronam vite quam repromisit deus diligentibus se. Econtra ad sensum contrarium. Audi magnum patrem Augustinum. Profectus inquit noster p̄ temptationem nostram fit. nec sibi quisq̄ innotescit nisi temptatus. nec potest coronari nisi vicerit nec potest vincere nisi certauerit. nec potest certare nisi inimicum et temptationes habuerit.

Secundum capitulum continens consolationes super temptationibus dei

Secundo post premissa ad prememoratam dominam consolatricem illustrem accessit et alius tristis de ipsius dei temptationib⁹ conquerendo. cui mox illa tres de suis puellis pro consolatione ei impēdenda deputauit.

I. CONSIDERATIO.

Prima puella sic ait. O amice si temptat te deus malum aliqd pene inducendo. scrutare scripturas et consolaberis. quippe in baruch de deo sic scribitur. qui induxit vobis mala ipse rursum adducet vobis sempiternam iocunditatem cum salute vestra. Est ne hec ne consuetudo ipsius dei. Sunt ne isti erga homines mores sui. Profecto negare non poteris. nisi q̄ scriptura mentiatur dicere velis. Absit hoc et semper absit. Verba sunt p̄phetica pmmo verius dei verba. Nimirum multipharie multisq; modis olim deus locut⁹ est p̄rib⁹ i p̄phetis. Verba aūt dei nō trāsibūt. Quapropter propensius nota hoc. quod dicit iste prophetа. induxit inquit vobis mala. Qualia inquies. certe mala alicuius pene. Nunq̄t lōga. certe non. nam breue est omne quod finem habet. Sed ecce finis ad quem mala propter probationem vestrā inducta terminā[t]

quia ipse rursum adducet vobis sempiternam iocunditatem cum salute vestra·que erit sine fine.Cessabunt ergo mala·et vt soror mea post me locutura testabit² mox super inductis bonis cedent iocūditati vestre.cedent omnino saluti·quippe salutis status· exclusis cunctis malis·est omnium bonorum aggregatione perfectus·

II·CONSIDERATIO.

Secunda igit² puella sic ait·Vt quid ponderas temptationem Nunquit non satis est inurbanum rem huiusmodi modicam atq; momentaneam aggrauare et non magis patienter tolerare·Ecce a deo quouis temptatus tedio te reputas derelictum·cum hoc quo temptaris deberes p nichilo computare·considerato saltē q; sit modicum et maximo bono compensandum·considerato q; momentaneū sit atq; tibi p solacō attēptatū et ī eternū nihilomi⁹ bñficium si non ponis obicem ꝺmutandū·Audi q̄nta dig̃tione quanq; ꝺsolatorie deus maiestatis puerili tue conditioni ꝺdescendens per filium amos dignatus est tibi loqui·Ad punctum inquit ī modico dereliqui te·et in miserationibus magnis congregabo te· in momento indignationis abscondi faciem meam parumper a te· et misericordia sempiterna misertus sum tui· Est ne ira talis domini exercituum·est ne talis eius indignatio· Vere si est talis non ira meretur vel indignatio dici·sed potius solacium iudicari·Ad pūctum inquit et in modico dereliqui te quasi dicat·Ad punctū quidem ne deficeres si temptatio esset longa et in modico ne te grauaret nimis si esset magna·In momento inquit indignationis· quasi dicat ira indignationis mee est quasi momentanea·Abscondi faciem meam parumper a te·quasi dicat·hoc ludo ostendo me tibi fore placabilez sme mora subsequente misericordia sempiterna· Quo circa frater ymagineris q; pius pater et misericors temptat te spē quadam indignationis qua se habet ad te·Ad modum matris vel nutricis cum infante ludentis·que quasi indignationem ostendēs abscōdit faciem suam digitis·Sed parumper sic facies eius velat² Nam mox depositis digitis infantem dulciter arridet et intuetur· ac crebrius osculatur·cuius quodāmodo simile pater misericordiarum circa te operatur·dum parumper te temptando quasi propicia sua facie a te abscōdita· indignari tibi videtur·sed parūper quia mox delicta iuuentutis tue ignoscendo· misericordia sempiterna tui miseretur·ac velut pater filij prodigi reconciliatū osculatur·

III·CONSIDERATIO.

Tercia puella sic ait·Cur dei temptationem refugis quasi sit aliorum temptationibus similis· Scito hoc nequaq̄ esse·Nimirum dyabol⁹ temptat·vt peruertat·caro temptat vt illiciat·mūd⁹

temptat vt decipiat. Homo temptat vt sciat vel experimentum capiat. Sed quid deus. Certe teste alphei filio. Deꝰ intemptator malorum est. ipse enim neminem temptat temptatione scilicet aliorū tamptat tamen. sed nō fraudulenter ꝫ salubriter. Aliter prophe-ta dauid non dixisset. Proba me domine et tempta me. vre renes meos et cor meum. temptat igitur deus vt probet. i. vt probatos ostendat et eosdem remuneret. Nonne sic deus temptauit abrahaz quem propter obedientiam. quem ostendit paratus filium immolare remunerauit benedictione illa solenni. quaz liber geneseos manifestat. quia inquit fecisti rem hanc. et nō pepercisti filio tuo vnigenito ꝓpter me. benedicam tibi et multiplicabo semen tuum sicut stellas celi. et sicut harenam que est in littore maris et benedicentur in semine tuo oēs gentes terre. quia obedisti voci mee. Sane deus respective in paucis temptat et in multis remunerat. Nonne hoc scriptura de iustis dicit. in paucis vexati. in multis bene disponentur. quoniam deꝰ temptauit eos. et inuenit illos dignos se Quos igitur deus temptat si dignos eos inueniat multis quidem tam animarum q̄ corporum bonis dispositionibꝰ remunerat. et insuper ꝓ mercede dignis se seipsum donat qui vtiqz teste scriptura est merces magna nimis.

Capitulum terciuz continens consolationes super temptatione et impugnatione dyaboli.

Tercio pꝰ p̄missa ad dñaz desolatricē sepedictā accessit et aliꝰ tristis temptationibus dyabolicis tribulatus quod dum diquestus essz. mox illa eidez ꝓ desolatione de suis puellis tres assignauit.

I. CONSIDERATIO.

Prima puella sic ait. Quid sollicitaris de antiqui hostis impugnationibꝰ qui non plꝰ temptare potest nisi quantum permittitur. Sed quantum inquies. Scias primo quantum non et audi apostolum. Fidelis inquit deꝰ est qui non patietur vos temptari supra id quod potestis. sed faciet cum temptatione ꝓuentum vt possitis sustinere. Si modo scire velis quantum ꝑmittitur et ad quid. Audi magnum patrem Augustinum. tantum inquit admittitur dyabolꝰ temptare. quantum tibi ꝓdest vt exercearis. vt ꝓberis vt q̄ te nesciebas. a te ipso inueniaris. Sed quid. Est ne moducum a se inueniri. Deo certo inuentio suiipsius priꝰ scz perditi melior est inuentione thesauri auri et argenti quemadmodum p drarium de paditione sui dicit saluator. Quid ꝓficit homini si lucretur vniuersum mundum. seipsum autez perdat. et detrimentū sui faciat. Quid vltra. Est ne modicum in bello spūali exerceri. Profecto non. sed est exercitium tanto superiꝰ. quanto inferiꝰ est militare mundo militia seculi ꝓ militare deo regi celi. et quemadmodum spiritualia

superant coꝛpoꝛalia ita omnino supat omnia exercitia mūdi. Deniq; est ne modicum ꝓbari seu ꝓbatum xp̄i militem fieri. certe non quemadomum non est modicum a deo commendari. quippe teste scriptura ille ꝓbat⁹ est quem de⁹ ꝯmendat. qui nimirum nō ꝯmendat mediocriter. sz sicut superexcellens est. sic ꝯmendat coram sanctis suis et angelis superexcellēter

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. O amice foꝛsitan idcirco temptatōnes dyaboli ꝓmescis qz exercitat⁹ ē. Dicēte magno anthonio ad discipulos. exercitatos habem⁹ inimicos. vl̄ qz insidiosus est eodem dicente eisdem. varias demonū nostis insidias. vel qz inuisibil ib⁹ insidijs occulte impugnare solit⁹ est dñte illo cassiodoꝛo. Bellum graue est qz occultum qz hostis insidie nō viden². Times etiā foꝛte. qz impetuosus est toto conatu seu quantum vnq̄ ꝑt voluntari⁹ impugnare. Sz hec te non deiciant impetum inimici ne timueris Audi johānē os aureū. in ꝓmis iquit grauis et insufferibilis est impet⁹ dyaboli. quē siquis foꝛti animo sustinuerit. in secūdo inueniet eum infirmioꝛem. Quāto em̄ pl⁹ pcussus fuerit magis refrigescit et deficit. Audi eundem itidem de temptatoꝛe redemptoꝛis nostri loquētē. Non inquit impulit. non tetigit. sz tm̄ dixit mitte te deoꝛsum. vt intelligam⁹ q̄ qui obedit dyabolo ipe se disponit. dyabol⁹ em̄ suggerere ꝑt cogere nō ꝑt. Verū ad deꝛehendendum occultas maligni spirit⁹ insidias attendendū diligēter sm̄ doctrinaz gregoꝛij qualia suggerat. Quis inquit spirit⁹ sit qui loquitur ipsa suggestio declarabit. semper em̄ spiritus naturalis mollia. spirit⁹ mundi vana. spirit⁹ malicie semper amara loquit². Est et leue otra insidias dyaboli et paratum remedium. qō tradit magnus anthoni⁹. Varias inquit demonum nostis insidias credulitatem nominis xp̄i vestris figite mentib⁹. et vniuersi demones fugabuntur

III. CONSIDERATIO

Tercia puella sic ait. Scias frater q̄ qui temptantur a dyabolo si viriliter resistunt. deo et angelis spectaculum sunt. et nō nunq̄ in ꝓsenti honoꝛantur. et in futuro coꝛonant². Vis scire de ꝓsenti. Ecce de magno anthonio legitur q̄ cum quadam nocte a demonib⁹ esz lacerat⁹ subito radius quidam lucis et demones et tenebꝛas effugauit. statimq; sanatus christum ꝓsentem intelligens dixit. Vbi eras ihesu bone vbi eras. Quare a ꝓncipio non affuisti vt curares vulnera mea. et dominus ad eum sic ait. Anthoni hic eram. Sed expectaui videre certamen tuum. Nunc autem quia tu viriliter dimicasti in toto oꝛbe te faciam nominari.

Uoro si de spectaculo simul dei et angelorꝝ et futura coronatione scire volueris. Audi illustrem Ieronimum. Deꝰ inquit ipse oīum rector et dominꝰ cum omni angelorꝝ militia certamen tuum expectat tibiqꝫ otra dyabolū dimicanti parat eternitatis coronaꝫ

Quartum capitulum otinens ꝺsolationes super pugna cōtra vitia et specialiter super temptatione carnis.

QVarto post premissa ad predictam dominam principalem ꝺsolatricem accessit et alius tristis de carnis temptationibꝰ tribulatꝰ. et vniuersaliter de vitiorꝝ impugnatione querulando. cui illa mox ꝓuidit ꝑ cōsolatione de tribꝰ puellis suis.

I. CONSIDERATIO.

PRima puella sic ait. O amice de quo querularis. si bonum qd̄ inde sequitur scires. nō tm̄ querulari deberes. forte dices. qd̄ nam boni potest sequi. Profecto non minimum. sed vnum de maximis bonorum. videlicet humilitas que quanti sit honoris. quanti decoris. quanti dulcoris. quantumqꝫ accepta apud deum et ꝑ eū remuneranda. hoc per sodales meas inferius scire poteris euidenter. forte dices. Est verisimile ꝙ hec ex predictis vitiorū impugnationibꝰ innascantur. Est omnino. et patet egregij viri gregorij scꝫ claro testimonio. Ecce quid dicit. Dum inquit vitia nos temptant ꝓficientes in nobis virtutes humiliant. Et idem rursum jebuseum inquit israbel tolerat vt humana mens de se humilia sentiat. dum minima non supat. Rursum idem sic ait. Cum temptamur vitijs diuina dispensatione nobiscum agitur. ne virtutibꝰ quibꝰ ꝓficimus extollamur. Ille. et certe bene. Nam et paulꝰ ait. Ne magnitudo reuelationuꝫ extollat me. datꝰ est mihi stimulꝰ carnis mee angelꝰ sathane qui me colaphizet.

II. CONSIDERATIO.

SEcunda puella sic ait. O karissime. Nōne grauia quandoqꝫ tedia toleramꝰ. quatenꝰ bona nostra exteriora custodiamꝰ. Fatearis hoc necesse est. Sed quid. Profecto interioris hominis bōa in immensum excedunt queqꝫ exteriora. Hinc nanqꝫ de dilectiōe que interius hominem perficit dicit scriptura. Si dederit homo omnem substantiam domus sue ꝓ dilectione quasi nihil despiciet eam. igitur illa potissime sunt patienter toleranda. quibꝰ nonnunq̄ diuina dispensatione faciente custodiri experimur nostra interiora. Que nam inquies sunt illa. certe temptationes qñqꝫ et impugnationes vitiorꝝ. Audi gregorij de hoc egregiuꝫ testimonium Tunc inquit interiꝰ bene custodimur cum per dispensatiōꝫ dei tolerabiliter temptamur exteriꝰ. aliqñ vitijs. aliqñ ꝓsperis. nec temptatio exterior culpam ꝓficit. quia interior intentio sursum trahit nec rursum interior intentio in superbiam eleuat. Quia temptatio

exteriꝰ humiliat·sic magno ordine cognoscimus in interiori pfectu quid accipimꝰ in exteriori defectu qđ sumus·

III·CONSIDERATIO

TErcia puella sic ait. O karissime nonne scire se a deo amari digne oñe inconmmodū in hoc mundo superat pegrini. Digne certe ꝑsus. Ꝫ quid. ꝓfecto q̄ soꝛoꝛ mea ꝑi⁹ asserit. deum scꝫ amare peregrinum. hoc rursum et scripture indicant. Nunc quidez per effectum quem asserunt affectuose cōparationis. nunc p effectum deesse iocunditatis in loco pegrinationis. nunc deniqꝫ p effectum amoꝛose assimulatōnis. Vis scire de effectu affectuose cōparationis. Audi illum phylonem doctissimum qui de quibusdam deo loquens dicit sic. Vt dignam ꝑciperent pegrinationem pueroꝝ dei que tibi omni carꝛoꝛ est terra. Vis scire de effectu studiose recōmendationis. Audi quid domin⁹ p moysen populo sit locutus. Peregrino inquit molestus non eris. scitis enim aduenaruꝫ animas supple desolatas. quia et ipsi peregrini fuistis in terra egipti. Vis scire de effectu deesse iocunditatis in loco peregrinationis. Audi psalmistam. Cantabiles inquit mihi erant iustificationes tue i loco peregrinationis mee. Vis deniqꝫ scire de effectu amoꝛose assimulationis. Audi quid ad eum cleophas dixerit. Tu inquit solus peregrinus es in iheruſalem et non cognouisti que facta sunt in illa bijs dieb⁹. ipse etiam moꝛ puulus nat⁹ tanq̄ peregrin⁹. paruul⁹ nedum de celo venit. sed et de bethleem vltra vna cum matre sua p suum nutricium ioseph duct⁹ est in egiptū manēs ibi vsqꝫ ad obitum herodis qui eum perdere cupiebat. Ꝫ et pluries. nonnullis chriſt⁹ legitur apparuisse in specie peregrini. Haut dubium igitur q̄n de⁹ singulari amoꝛe dilexerit pegrinos. cum similitudo causa sit vel effect⁹ dilectionis seu amoꝛis. nam et oñe animal diligit sibi simile.

¶ IIII. CONSIDERATIO.

QVarta puella sic ait. O amice nōne docet te scriptura q̄ nedū filijs hoim. sed et filiab⁹ peregrinatio diuino nutu persuadetur. cuius incommodum psuasionis medio opensatur. ymmo veraciter superatur. Vis hoc scire si vna sis de filiab⁹ hominuꝫ. Discas hoc ex psalmis quos quandoqꝫ foꝛte ruminasti et attendas verba diuino tibi nutu per psalmistam dicta. Audi inquit filia et vide et inclina aurem tuam. et obliuiscere populum tuum. et donum ꝑis tui. et ocupiscet rex decorem tuuꝫ. Ꝫ quid. Nonne obliuiscitur populum suum et domum patris sui est act⁹ peregrinantis sequentis nō solum gressu coꝛpoꝛis. sed et animi vocem illam domini ad abꝛam Egredere de terra tua et de ognatione tua. et de domo patris tui ꝛc̄. obliuiscere igitur filia et tu populum tuum et domuꝫ patris tui et attendas medium p qđ hoc tibi psuadetur. psalmista subiungente. et cōcupiscet rex decoꝛem tuum. O qualem vel quantum. Certe ꝑsus magnum vel maximū. Reges nimiruꝫ p̄sertim magni vl̄ magnis assueti pua non ponderant. Decoꝛ ergo quez rex magn⁹ dñs

et rex magnus super omnes deos concupiscit. non potest esse parvus. Dices forte quo pacto ex filie huiusmodi peregrinatione sequitur decor ille. Profecto ex memoria populi sui et domꝰ patris sui quedam ei videtur adherere affectō. immo verius infectio spiritualis decoris non mediocriter exclusiua. ad quem decorem videtur econtra dicta peregrinatio predictorum obliuionem causans. ac per consequens infectionem remouens nec propter transitum celerem facile similē contrahens esse dispositiua. Presertim filia aurem suam inclinante et audiente ac vidente interius quid loquatur in ea dominus deus. qui interius non persuadet nisi pulchra et decora. Vnde talis propter peregrinatōnis sue gressum decoris et pulchritudinis vel dispositiue causatiuum meretur audire illud sponsi canticum. q̄ pulcri sunt gressus tui in calceamentis filia principis. talis fuit illa haudubium quam ihesus eternus amor dilexit plurimum. que vna cum martha sorore sua de magdalo et bethania per impetuosum mare marsiliam vsqꝫ peruenit et fortitudinem virilis animi sua in hac peregrinatione ostendit de qua ob hoc legitur. Mulierem fortem quis inueniet procul et de vltimis finibus precium eius id est premiuꝫ tam remote vsqꝫ ad partes occidentales peregrinationis. et sequitur fortitudo et decor indumentum eius et ridebit in die nouissimo.

¶ Capitulum vicesimum otinens desolationes super ꝓpeie domus seu hospitij carentia.

¶ Icesimo post premissa ad dominam consolatricem antedictam accessit et alius tristis propter propie habitationis carentiam desolatus et petens consolari. cui illa hac de causa de suis puellis tres satis ꝑdone as deputauit.

¶ I. CONSIDERATIO.

Prima puella sic ait. O amice si imperator vel rex aliquis maximus propriam domum non haberet. tunc reuera stultum esset reprehensioneqꝫ dignū pauperem seruum presertim in terra peregrinationis transitorie de proprij hospitij carentia querulari. Sꝫ quid. Nunquid ille vnus mundi princeps rex regum. et dominus dominantium in terra qua a celo secundum carnem peregrinatus est in hoc mūdo proprium aliquod possedit hospitium. Certe non. quod per suum euangelium met testatur. Vulpes inquit foueas habent. et volucres celi nidos. filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. hoc autem dicit testante beda venerabili quasi diceret et adiceret. cum tante sim paupertatis vt nec hospitiolum quidē hēaꝫ et ñ meo vtar tecto. Quocirca audi et johānē os aureū

III

Aspice inquit qualiter pauptatē quā dominꝰ docuerat per opa de monstrat·nō erat ei mensa·non candelabꝛuꝫ·non domꝰ nec quicq̄ aliud talium·ꝫ ille·Sit ergo et tibi solatium habere dicte tue carentie socium talem et tm̄·

II·CONSIDERATIO·

Secunda puella sic ait·O mi frater si nosses domum aliā tibi in celis pꝛeparatam que et qualis essꝫ penitꝰ vilipenderes et p nihilo reputares·sed et digne cōtemneres domum habere ꝓpꝛiam hic in terris·Nonne legisti apostolum·Scimus inquit qm̄ si terrestris domꝰ nostra huiꝰ habitationis dissoluatur q̄ edificationem ex deo habemꝰ·domum non manufactam·sed eternaꝫ in celis·Sꝫ forsan inquies·que·qualis·quanta·Ecce si que sit quantum ad substantiaꝫ scire velis·pfecto mansio est de substātia celi empirei cui libet non indigno dispositа ab eterno·Si scire velis quantitatem Ecce si quelibꝫ stella visu notabilis pauciſſimis forte exceptis maioꝛ dicitur tota terra·et si cum hoc celum empireum quanto stellato celo est altiꝰ·tanto sit et maiꝰ seu latus·et p ꝺsequens omnium corporum maximum vt hinc dictum sit ꝓphetice·O israhel q̄ magna est domus dei·non est arbitrandum cuiusq̄ mansionem in domo illa dei tam magna constitutam quam esse optere·Si vero qualitatem scire desideres·Ecce glorioſus ille miles sanctꝰ sebastiāꝰ mansiones possidendas in celis vocat p methaphoꝛā sydereas māsiones·Ecclesia vero cantu suo dulciſono vocat eas mansiones lucidiſſimas·in circuitu inquit tuo domine lumen est qđ nunq̄ deficiet vbi ꝺstituisti lucidiſſimas mansiones ibi requieſcunt sanctoꝛum anime·Domꝰ etiam dei magna hijs mansionibꝰ distincta nō vt domꝰ quedā ezechie sed vt regis totiꝰ celestis jerarchie·domꝰ est aromatum·cuiꝰ qualitas est resultans ex odoꝛe sanctoꝝ·cū ecclesia cantet teste aquinensi q̄ odoꝛ suauiſſimus erunt coꝛpoꝛa sanctoꝛum·Est etiam mansio letantium de qua psalmista ait·sicut letātium oim̄ habitatō est in te sꝫ ꝓpter vocalem cantum·In ciuitate nanq̄ domini clare sonāt iugiter oꝛgana sanctoꝛum·Audi gregoꝛium hac in re egregie locutum·In illa inquit eterna patria cum iustoꝛum mens in exultatione rapitur·lingua in canticuꝫ laudis eleuatur·O vere degenerem qui hijs domꝰ dei qualitatibꝰ et gratiſſimis accidentibꝰ non rapitur·qui non dicit vel in coꝛde cum psalmista·domine dilexi decoꝛem domꝰ tue·aut qui non dicit·vnā petij a domino hanc requiram vt inhabitem in domo domini omibꝰ diebꝰ vite mee·Sed dices forte quonam modo mansionem in hac domo consequi potero·Ecce pfecto coꝛrespondendum esse reoꝛ et cooperandum ipsi redemptoꝛi nostro in mundum nato vt sꝫ quem admodum de ipso beda ait venerabilis qui ad dexteram patris seꝺet in diuerſoꝛio loco eget·Ita et nos eꝰ nos carentie ꝺfoꝛmādo

domo peregria vel hospitio hic libenter velimus egere vt in domo patris sui nobis per eum preparentur dicte mansiones lucidissime pariter et iocundissime.

¶III.CONSIDERATIO

TErcia puella sic ait.O amice si per premissa nondum tua cessauit tristicia peregrinationis tue tempore.consilium sequere illustris jeronimi vt si velut in heremo corporali cares hospitio si hoc tereet.paradisum mente deambules quo pacto cum mala que nos hic premunt ad deuz ire et que sursum sunt querere nos cōpellunt. perambulandi tibi datur occasio celestes illas officinas et vtrunqz etiam modo hoc in tpe per sancte spei certitudinem spiritui tuo de hospitio prouidendi vt quod tandem habebit in re interim se in illo recipiat in spe sancta.ad minꝰ spe gaudendo.quod quidem iusta in libra ponderatum videtur corporali hospitio prevalere.Deniqz sapientia edificauit sibi domum scilicet ipsam mundam animam que sedes est sapientie secundum patrem clareuallis Itaqz hac indigentia ꝓprie domus exteriozis te ad interiozem conuertendo atqz excellentiozem.dicas cum philone doctissimo.Intrās in domum meam scilicet domum cordis conquiescam cum illa id est cum ipsa sapientia.non enim habet amaritudinem conuersatio illius nec tedium conuictus illius.sed leticiam et gaudium. et ita videbis multipliciter ꝙ recompensatio est possibilis propeij hospitij corporalis.

¶Capitulum vicesimumprimum continens consolationes super incommodo in defectu lecti vel cussini consistente

VIcesimoprimo post premissa.ad dominam consolatricem illustrissimam accessit et alius tristis propter defectum lecti et cussinorum desolatus petensqz consolari.cui illa mox de suis puellis duas assignauit.

¶I.CONSIDERATIO.

PRima puella sic ait.O amice tu nescis de quo querularis. vtinam te non sic grauares querelis.Num soli stipati lectis vel cussinis possunt dormire aut suo languori consulere.Absit quippe non dixit sponsa amore languens fulcite me cussinis qui arte comparantur.sed fulcite inquit me floribus.que natura preparat.Sed et de somno si vis scire ac de consimilibus.Audi boetianam illam consolatricem.Felix inquit nimium prior etas.Facili que sera solebat.jeiunia soluere glande.Non bachica munera norat.Somnos dabat herba salubres.Dotūqz lubricus amnis.Umbras altissima pinus.Vtinam modo redirent.In mores tempora peiscos.Hec illa que prorsus existens sapiens si etatem in qua ista erant felicem nimium fuisse affirmat.si et temporum eorundem reditum exoptat.

restat profecto vt moderna tempora cum suis cõmodis arte atq; sollicitudine nimia comparatis propter effect9 suos malos quos inducunt infelicia sint censenda. hinc nanq; refert et illustris pater jeronimus q; Epicurus philosophus licet tantus esset voluptatis assertor vt ipsam felicitatem constitueret. libros tamen suos repleuit oleribus et pomis. vilibus cibis determinans esse viuendum. ex eo q; exquisite epule maiorem penam habeant in inquirendo. p̃ voluptatem in abutendo nec posse sapientie vacare si mense abundantiam cogitemus.

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. O frater nescis q; testante paulo spiritualis omnia iudicat. Iudicium ergo virorum spiritualium ceterorum hominum indicio est in proposito preferendum et quod iudicant eligendum. magisq; gratum est habendum. Sz quid. Nõne viros spirituales seipsos castigare et viros religiosos mollib9 lectis duros saccos stramnum vides preeligere. Sed et prochpudor. Cur non erubescis robuste frater de lectorum siue cussinorum aut puluinarium carentia querulari. cur non attendis vel nati saluatoris tenerima membra. et nichilominus per eum electa et preelecta incommoda. Dic queso quo lecto vtebatur in stabulo aut q̃bus cunis vel cussinis in presepio. Certe nec interius plumosus. nec exterius deauratus. aut aliter speciosus. vel preciosus erat ei lectus vel cussin9. sed feno iacere pertulit. qui nec cunas habuit. Audi canticum matris ecclesie ō matris sue marie vtero iam egresso infante sic cantantis. Feno iacere pertulit presepe non abhorruit. paruoq; lacte pastus est. per quem nec ales esurit. Audi rursum quid euangelica hystoria narret de maria. peperit inquit filium suum primogenitum. et pannis eum inuoluit. et reclinauit in presepio. quia non erat illi locus in diuersorio. Audi quoq; ꝑpter cunarum carentiam quid grecus quidam circa hoc de filio dei mox nato dixerit. Ab ipsis inquit primordijs volebat hominuz oculcare superbiam. atq; ideo non tantum hō fit. sed etiam homo pauper et pauperem matrem elegit que caret cunis quibus natum infantē reclinet. Qua in re pensandum non forte ita contigisse. sed vt p̃missa testantur ex ipsius quidem infãtis electione. de quo si consideres q; ipse fuerit dei virtus et dei sapientia. prorsus insipiens comprobaris. si electio tua sue fuerit contraria.

Explicit tercius liber de consolatione theologie. Incipit liber quartus continens consolationum remedia contra illa turbatiua que opponuntur glorie et honori. Capitulum primum continens consolationes super amissione vel carentia glorie mundane.

QVarto principaliter viginti tristibus supradicte domine consolatrici principali appropinquantibus et ei astantibus. Vnus ex eis ante ceteros hijs eam verbis allocutus est. O domina illustrissima de glorie mundane carentia atq; priuatione nimis turbor. vestramq; consolationez mihi necessariaz esse arbitror. at illa eidem protinus pro consolatione sibi impendenda de suis puellis quatuor adiunxit.

I. CONSIDERATIO.

PRima puella de glorie mundane carentia contristatum sic alloquit. Nescis p quasi omnis artis se expertez probat qui qd modicum est aliquid esse existimat. quippe in omni quasi facultate quod parum est vel modicum pro nichilo computatur. Nonne naturalis astruit philosophia p id quod parum distat nichil distare videtur. Nonne et ethica parum transgredientem virtutis mediuz negat vitiosum esse censenduz. sed et politica generaliter affirmat p ratio id quod modicum est accipit quasi nihil. Legum etiam facultas determinat modicum interuallum temporis tanq̄ nichil. continuum actum minime impedire quod vna cum alijs consimilibus circa materiam iuris canonici doctores assumunt. Sz et sacra in scriptura reperitur modicum tanq̄ nihil in requie. et sic discurrendo p singulas facultates facile iuenires p preter sciētias mathematicas. que minuta considerant. omnes alie solent de modicis non curare. Qua in re penso virtutem magnanimitatis omniuz quodammodo inesse scientiarum facultatibus. At vero hominū genus arte et rationibus viuit. Memento igitur te hominem esse. et si natura tibi negat. esto tamen et tu vel arte magnanim9 et quod minimum quid esse probatur. tu ne magnum estimes. ne si eo carueris vel priueris tanq̄ de eo quod aliquid est. cum sit potius censendum quasi nichilum pertuberis. Dozro p nichilum sit eo p per modicum quid mundana est glozia luculentissime demōstrat experta illa boetiana consolatrix que de glozia disserit in hec verba. Quā inquit sit exilis et totius vacua ponderis. sic considera. Omnem terre ambitum sicut astrologicis demonstrationibus accepisti ad celi spacium puncti constat obtinere rationem id est vt si ad celestis globi magnitudinem oferat. nihil spacij prozsus habere iudicetur. Huius igitur taz exigue in mundo regionis quarta fere portio est sicut ptolomeo probante didicisti que nobis cognitis animantibus incolatur. Huic quarte si quantum maria paludesq; premunt quantumq; siti vasta regio distendit. cogitatione subtraxeris. vix angustissima inhabitandi hominib9 area relinquetur

In hoc igitur minimo puncti quodaz puncto circuumsepti atqz con
clusi de peruulganda fama·de proferendo nomine cogitatis·Aut
quid habeat amplum magnificumqz·gloria tam angustiis exigu=
isqz limitibus artata· adde p hocipsum breuis habitaculi septū
plures incolunt nationes lingua moribus totius vite ratione di=
stantes·ad quas tum difficultate itinerum·tum loquendi diuersi=
tate·tum omerciz insolentia·non modo fama hominum singulorū
sed nec vrbiū quidē peruenire queat·Etate deniqz·M·tullij sicut
ipse quodam loco significat nondum caucasum mentem· Romane
reipublice fama transcenderat et erat tunc adulta·partbis etiaz ce
terisqz id locorum gentibus formidulosa·Vides ne igttur q̄ sit an
gustata q̄ oppressa gloria quā dilatare ac propagare laboratis·An
vbi romani nominis transire fama nequit romani hominis gloria
progredietur·Quid q diuersarum gentium mores inter se atqz in=
stituta discordant· vt quod apud alios laude· apud alios supplici=
cio dignum iudicetur·Quo fit vt siquem fame predicatio de lectat
huic in plurimos populos nomen proferre nullo modo conducat
Erit igitur prouulgata inter suos gloria quisqz contentus et intra
vnius gentis terminos preclara illa fame immortalitas coartabi=
tur·Sed q̄ multos clarissimos suis temporibus viros scriptorum
inops deleuit obliuio quanq̄ quid ipsa scripta proficiant que cuz
suis auctoribus premit longior atqz obscura vetustas· Vos vero
immortalitatem vobis ꝑpagare videmini cum futuri famam tpis
cogitatis· Quod si ad eternitatis infinita spacia pertractes·quid
habes q de nominis tui diurnitate leteris·Vnius eteniz mora mo
menti si decem milibus conferatur annis quoniam vtrumqz spaci=
um diffinitum est et minimū licet·habet tamen aliquā portionem·
Vt hic ipse numerus annorum eiusqz quālibz multiplex ad inter=
minabilem diuturnitatem nec comparari quidem potest·Etenim fi
nitis ad se inuicē fuerit quedā·Infiniti vō atz finiti nl̄la vnq̄ pote
rit esse collatio·Ita fit vt quālibz plixi tpis fama si tñ in exhausta
eternitate cogitet² ·nō parua· sed plane nulla esse videat² ·Hec illa
gl̄osa consolatrix cuius ex dictis glorioſis pariter et consolatorijſ
sequit² neminem debere de priuatone vl̄ mundane gloie carentia
desolari·

II·CONSIDERATIO·

Secūda puella sic ait·Quomodo frater inani gloria pasci· aut
ita saginatus queris impugnari·q̄ falsa tristis mortis de pro=
ximo imminentis sua amaritudine insipidam reddit·Qd̄ si nō que=
ris nec inde si carueris te vlla maēt tristicia Dorso mors imminēs
vel inopinate nata amputare vitam hautdubium omnem gloriam
ne dicam insipidam· prorsus spernendam reddit·pinde illa musa
boetiane tristicie suo mitigatiua carmine olim sic cecinit · Licet

remotos fama per populos means diffusa linguas explicet et ma gna titulis fulgeat claris domus. Mors spernit altam gloriā. hec illa. Verum quod spernendum omnium merito sententia iudicatur illo non habito vel amisso contingit facile consolari.

CIII. CONSIDERATIO

QErcia puella sic ait. Mirum est siquem delectet collum iugo grauissimo continue pressum in altum portare. et non potius proclivum terraz ante oculos positam contemplari. Q? si primum non delectat quomō erit p contrarium eius quenp grauet. Mini me inquies. Queso igitur dicito mihi cur te grauat si non vales p mundanam gloriam cornua erigere atqz in altum collum porrige re quod constat fore mortalitatis iugo alligatum. A cuius profe cto iugi pressura vnp se excutere non valebit. Ita ne est o superbe o glorie inanis cupide. Cur igitur memor. quia terra es et in terrā ibis. terram ipsam submisso collo non potius consideras. p collu ita pressum tanqz grauiter subiugatum inconsiderate erigere atqz in mundi gloriam extendere te delectet. Audi quid musa boetia ne tristicie mitigatiua cecinerit seu potius cum admiratione fuerit lamentata. Quid o inquit superbi colla mortali iugo frustra leua re gestiunt. Mors spernit altam gloriam. Inuoluit humile pariter et celsuz caput. Equatqz summis infima. Porte inquies o vane glo rie. Nonne optabilis est gloria etiam ipsis mortalibus que nimi rum ipsi morti superstes erit. Quid ni sit optabilis. Nōne dicit scri ptura. O p pulchra est casta generatio cum claritate. Immortalis est enim memoria illius. quoniam et apud deum nota est et apud homines. Sed consideratio huiuscemodi te non moueat si tibi p? te claritas nominis memorabilis non manebit. Fateor quidem cla ritatem huiuscemodi vtcunqz fore pulchram. Sed apud quem at tendendum. Profecto apud deum cui nota est et apud homines At vero apud te minime. Tibi siquidem non sicut ipsis est immor talis. claritas futuri nominis, quid tibi confert nunc viuenti. Ni hil quasi. nisi dum presens fuerit etiam mortuo te cōferret. Aliter permodico solum tempore conferret. quod modicum vt est dictu pro nichilo est deputandum. Sed ecce claritas si quando presens erit te mortuo p parum tibi tūc conferat. Hoc desolatrix boetij mu sice sic ostendit. Vbi nunc fidelis ossa fabricij manent. Quid bru tus aut rigidus catho. Signat superstes fama tenuis pauculis in ane nomen literis. Sed p decora nouimus vocabula. Num scire. consumptos datur. Iacent ergo prorsus ignorabiles. Nec fama no tos efficit. hec illa. Cui profecto et ratio suffragatur. Ecce eius q mortitur spiritus. aut ad inferos descendit. aut ad purgatoria loca aut in celū pergit. In inferno claritas nominis etiā si innotesceret minime spiritum delectaret. sed forsan amplius cruciaret. Locus

siquidem solius tristicie est infernus. In purgatorio autem si bene quidem agnita aut gaudium pareret aut quod dubiuz manet dolorem purgatorium paululum mitigaret. Eorsitan tamen cum et ibi sit tempus flendi non gaudendi. agnosci quemadmodum premitti tur non contingeret. Audi patrez clarevallis. Filij inquit adaz genus ambicioſum et anarum quid vobis cū diuitijs terrenis et gloria temporali que nec vere nec vestre sunt. si vestra sunt hec tollite ea vobiscum. sed homo cum interierit non sumet omnia. nec descendet cum eo gloria eius. Porro in celo q̄uis inibi tam noticie q̄ leticie locus extet. claritas tamen terreni nominis. contemni solet vbi conceptum de posioribus gaudiuz omnino prevalet. Audi expertam illam boetianam consolatricem. cuius et supra meminimus. Si bene inquit sibi mēs conscia terreno carcere resoluta celum libera petit. nonne omne terrenum negocium spernet. que se celo fruens terrenis gaudet exemptam. Ih illa.

IIII. CONSIDERATIO.

QVarta puella sic ait. Quid turbaris o amice. Stultus es an sapiens. Profecto si gloriam amicam queris stultus esse probaris. falsoq; tibi nomen tribuitur glorioſum. Si igitur sic stultus gloriam consequeris. non nisi turpem amicam habebis. Verum si quare te gloriam affectantem stultum dixerim scire velis. Ecce id circo sic dixerim. Nam qđ sapientis est in te non inueni. Siquidem qui sapiens est. bonum suum conscius. sibi vulgari opinione non metitur. sed potius veritate atq; pro nichilo gloriam reputat. q̄ q̄dem loci ac temporis circumstantia. vt angustam nimium paruipēdit. hec est reuera sententia quaz boetiana consolatrix luculenter protulit in hec verba. Gloria inquit q̄ fallax sepe. q̄ turpis est. plures enim magnum sepe nomen falsis vulgi opinionibus abstulerunt. quo quid turpius excogitari potest. Nam qui falso prediçantur suis ipsi necesse est laudibus erubescant. Que sic etiam meritis conquisita sit. quid tunc sapientis cōscientie adiecerit qui bonum suum non populari rumore. sed conscientie veritate metitur. Q? si hocipsum ꝓpagasse nomen pulchrum videtur consequens ē vt fedum non extendisse iudicetur. Sed cum vti paulo ante dixerim plures esse gentes necesse sit ad quas vnius fama hominis nequeat peruenire. fit vt quem tu estimas esse glorioſum. proxima pte terrarum videatur ingloriosus. Inter hec vero popularem gratiam nec ōmemoratione quidem dignam puto. que nec iudicio venit. nec vnq̄ firma perdurat. hec illa. Certum est igitur q̄ fallax gloria et vana est eius qualiscunq; pulchritudo cuius parpodus nimium breuis ostenditur dum summus pontifex coronatur. Tūc etenī stuppa in altū ꝓiecta seu porrecta accēdi². et dū sic accēsa cōtinuo consumitur alta voce proclamatur. Sic transit gloria mundi

Capitulum secūdū continens consolationes super carentia humane laudis et specialiter de factis bonis. vt de actu predicatōis vel consimilib⁹ alijs.

Secundo post premissa ad dominam consolatricem supradictam accessit et alius tristis super materia premissi capituli querulando cui illa huius rei gratia. p consolatione de suis puellis quinq; assignauit.

I. CONSIDERATIO.

Prima puella sic ait. Vt quid frater de eius querularis carētia quod tibi si adesset non prodesset sed magis nociuus esset. Vis hoc scire de laude et primo q⁹ laudatio non prodest. Audi magnū patrem augustinum. Bonum laudare non laudato sed laudantib⁹ prodest. Dicro si vis scire q⁹ laus ipsi laudato sit nociua vtpote que laudatum facile reddit elatum. Audi magnum antistitem Ambrosium loquor Illo inquit potissimum tempore merita sanctitatis extollo quando nec laudantem adulatio nec laudatus temptat elatio. Lauda ergo post periculum. predica securū scilicet post mortem. nam subiungit. quis autem viuens tute posset laudari. quasi dicat vix vllus vel nullus. nonne igitur patet q⁹ laus ipsi laudato dum viuit facile est nociua que dum facit elatum quasi extra se latum ipsum reddit seipsum ignorantem. et quid hoc periculosius esse posset

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. Nonne amice hoste carere bonum est atq; consolatorium. Fateare hoc necesse est. Sed quid. Certe laus est homini velut hostis quez vix vnq̄ absq; suo periculo euadere potest. Vis scire hoc de laude. Audi magnum patrem Augustinum de laude hoc de qua loquitur supponentem. Nemo inquit huius hostis vires sentit. nisi q̄ ei bellū indixerit. quia et si cui⁹q̄ facile est laude carere dum negatur. difficile est tamen ea non delectari. cum offertur. hec ille. Sed dices forte. Nondum plene noui vel quibus modis laus sit hostis. Hoc igitur pacto id noueris q⁹ scilicet ad modum hostis alios cruciat alio malos esse manifestat. et vtrorumq; per osequens hostem se esse declarat. Iustos cm̄ cruciat. et iniquos reprobos demonstrat. Audi egregium patrem gregorium. Laus inquit sua iustos cruciat. et iniquos exaltat. quos dum letificat reprobos monstrat. Hec ille pater. et certe de numero iustorum quos laus cruciat ille doctor fuisse videtur. cui quodam dum ipse optime predicasset dicente benedictus sermo oris tui ipse respondit. Sed maledictus sermo oris tui quasi dixerit.

quia mihi vt hostis nocuisti ore me laudando.

¶III. CONSIDERACIO.

TErcia puella sic ait. Cur frater laudez appetis de recto opere cum multo melius esset illa carere. Vis scire quare. Audi gregorij pape egregiū verbum pro ratione. Cuz inquit pro recto ope laus transitoria queritª eterna retributione res digna. vili precio venundatur. ℔ ille. sed none melius esset commercio hoc carere. Certe sic. Sed esto q̄ pro bono opere laus humana non queratur sed non quesita offeratur atqz ob hoc eterna retributio non negetª Adhuc tamen carentia ipsius utilior esse probatur. eo q̄ ob ipsam carentiam excellentior homini apud deum retributio reseruatur. Vis hoc scire. Audi rursum predictum patrem egregium actus oc cultos manifestis miraculis et laudatis preferentem. Caritatis in quit et pietatis miracula amate. que tanto securiora sunt. quanto et occulta de quibus apud deuz eo maior fit retributio. quo apud homines minor est gloria. hec ille pater. Vnde frater ymagineris tenebram misceri luci et venenum cibo delectabili. quādo pro bono opere laus seu gloria que est apud homines. miscetur expectā de glorie apud deum.

¶IIII. CONSIDERATIO.

QVarta puella sic ait. O frater forte libenter scires presertim si fis doctor ecclesiasticus quibus rebus bene predicantis. bene legentis. et disputantis. seu vtiliter docentis. laus sit similis. Ecce primo laus ista est velut echo. Sicut enim voce clamantis recepta in concauitatibus altorum montium seu cauernis ad resonā tiam dispositis echo resultat. tanq̄ res vana sonans per modicū. et cito transiens. Nichilqz post se relinquens. Ita actu bone predicationis vel doctrine per concauitates aurium vsqz ad eleuatas mētes per gratitudinem resonantes perueniente. resultat per ora auditorum laus predicta que est vana velut echo sonans per modicū. et nihil pꝰ se boni relinquēs. q̄re nec curanda est. ꝛ magis hñda ludibrio velut echo. Rursuz scias q̄ laus añdicta est q̄si fumꝰ seu virgula fumi euaporare solita ab ignito eloq̄o vbi dei seu ab ipis auditoribꝰ igne forte caritatis inflamatis. q̄ predicāti seu docēti reddūt huiusmodi fumū laudis qui ad modū veri fumi ipz doctorem sepe cecum vel cecutientem facit. Vt vnde auditores illuminantur inde doctor ipse oculos ad fumum hm̄oi dirigens vl̄ exhibens spiritualiter excecatur. Cur ergo propter carentiam huius fumose laudis contristatur. cum magis et gaudendum esset et quibus predicauit congaudendum de suo a se recepto lumine cognitionis et igne diuini amoris. cum ignis hic et lumen hoc sint de familia solis iusticie et per consequēs ad moduz materialis ignis et naturalis luminis de familia corporalis solis existentium habeant se de ꝓpe intuentiuz corda letificare. sicut de lumine naturali

thobias ille senior innuebat cū dicebat. Quale gaudium mihi erit qui in tenebris sedeo et lumen celi non video.

V. CONSIDERATIO.

QVinta puella sic ait. O frater si vt soror mea premonorat p̄dicator sis vel doctor ecclesiasticus. memento officij tui. Nempe doctores ecclesiastici ex statu suo seu officio. habent q̄ sunt q̄si dei et sanctorum hystriones et mimi laudantes deum in se. laudātes quoq; eum in sanctis suis. Quemadmodum igitur hystriones seu mimi quibus pro suis dictaminibus dominos laudantibus siue pro iocoso ipsorum solacō presertim in nuptijs vl̄ alijs magnis festis datores solent assignari. prorsus stulti essent et fatui si p̄ datoribus pauperes habere magis vellent et tenaces. quando dn̄os vel principes diuites et liberales habere possent. Ita profecto p̄stultis sunt habendi hautdubium et insanis illi predicatores seu doctores qui p̄ officio suo quod exercent ad laudes dei presertim in festis nuptialibus dei et ecclesie tanq̄ sponse nuptiali thalamo preparate. pauperes et mendicos pro datoribꝰ siue remuneratoribus qui vana laude aut minimis rebus alijs eos remunerant habere desiderant. et non potius deum ipsum principem vniuersi qui est diues in omnes. qui p̄ cunctis iustus remunerator est et liberalis qui esset et ipsorū dummodo solū vellent merces magnanimis

Capitulum tercium continens consolationes super honoris amissione vel carentia.

TErcio post premissa ad dominam consolatricem principalem accessit et alius tristis de honoris amissione et carentia perturbatus. cui illa ad consolandum eū de suis puellis quatuor deputauit.

I. CONSIDERATIO.

PRima itaq; puella sic ait. O amice si honoris scires accidentia. nō ita de honoris carentia te esse anxium oporteret Nimirum honores sollicitudo semp comitatur longa duratione minime otinuatur et de habito cum delectatōne plurior eius q̄ sit ō lectatio displicentia subsequitur. Vis hec tria scire de honore. Audi illum petrum Rauēnensem. Diuitias inquit et honores sollicitudo inseparabiliter comitatur. mundi pompa et fauor populi fumus est et aura subito euanescens. que si plerumq; placeant penitudinem inducunt et si delectant ad modicum proouctiore spacio displicebunt. Hec ille. Sed et causam adicit displicentie. johannes os aureū presertim indebiti honoris. Honoris inquit magnitudo bijs qui non in digno viuunt honore cumulꝰ incipit esse penarum Hec os aureum. Q̄ hoc non credatur tantum de penis dici futuris quoniam et in presenti honor est penalis. Quippe magna occupatio est penalis. Sed sicut ait ille gregorius pater egregius.

Plus in hoc mundo honor ꝙ despectatio occupat

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait O amice Cur querularis ꝙ ad magnos honores preproppere non ascendis. Tu nescis quid appetis. Tu queris statum et inuenis casum. Tu queris per ascensum honoris crescere in altum qđ si etiā ꝺtingeret decresceres et descēderes in ꝓfūdū. Vis scire ꝙ sit ita. Procedat ī mediū egregi⁹ ille dñici gregis pastor gregorius et propositū mox declaret. Casum inquit appetit qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus per abrupta querit ascensum. Scimus autem ꝙ edificati parietes non prius tignorum pondus accipiunt. nisi a nouitatatis sue humore siccentur. ne si ante pondera ꝙ solidentur accipiant iunctaz simul fabricam ad terram deponant. hec pater ille que et in venerabili decretorum volumine recitantur. Audi eundem rursus. quemadmodum in iam dicto volumine recitatur. Qui inquit nititur ad altiora conscendere. quid aliud agit nisi vt crescendo decrescat et ascendēdo altius exterius interius in profundum descendat.

III. CONSIDERACIO.

Tercia puella sic ait. Nescis frater ꝙ si dixerimus quia peccatū non habem⁹. nosipsos seducimus. et veritas in nobis n̄ est. Zquid. profecto si peccatis nostris addamus honores. quanto hoc magis fecerimus. tanto plus testante illo gratiano proculdubio puniemur. Sed nonne melius est pro breuissima nostra parpoda honore carere quantocunqz. ꝙ addere nobis vel minimum gradū pene. presertim eterne. si sicut astruunt patres nostri. Pene future siue purgatorie siue infernales sunt penis huius mundi grauitate incomparabiles.

IIII. CONSIDERATIO.

Quarta puella sic ait. O karissime quare exhibitionē queris honoris que premium est virtutis. Nescis ꝙ ad impossibile tendis. Nempe in hac vita non est retributio malacie vel virtutis et si aliqua fit. non fit iuxta condignum. sed est tantummodo quidam gustus. Si autem bonum opus fortassis faceres. profectum tuum simul faceres. si pro illo tanꝙ mercedem honorem nō requireres. Scias enim pro constanti ꝙ qui pro bono quod agit temporaliter remunerari non querit reuerentia vel honore aut alio quocunqz. illius ipse deus magna nimis merces erit. Sane de materia presentis capituli poteris per neptes meas inferius plenius edoceri.

¶ Capitulum quartum continens ꝺſolationes ſapientis nec vtili tate nec laude vel honoꝛe premati et ſpecialiter ſuper carẽtia magiſtralis honoꝛis ſeu doctoꝛatus aut lectoꝛatus ſolennijs.

QVarto poſt pꝛemiſſa ad dominam ꝺſolatricem ſepedictam acceſſit et aliꝰ triſtis ei ſup materia pꝛemiſſi capituli conquerendo. cui moꝛ illa pꝛo conſolatione de duabꝰ ſuis puellis pulcheꝛrimis ꝓuidit.

¶ I. CONSIDERATIO.

PRima puella ſic ait. O vir ſapiens. ſi tamen ſapiens. qui minꝰ ſapis q̄ ꝺeberes. cur ſapiunt tibi aliena cum tibi ſufficere ꝺeberent que habes ꝓꝛia ſola ſapientia habita. Audi ſuper hoc alanum quendam dignam memoꝛia contra contemptum ſapientie et ſapientum ſententiam ꝓferentem. Cum inquit ſapientia tempoꝛibꝰ noſtris nullꝰ fructꝰ pꝛemietur ſtipendijs. nulliꝰ fame eam fauoris aura extollat. Ipſa non pecunia honoꝛis titulos et laudis emat pꝛeconia. Sola tamen ſapientia ſuper omnem poſſeſſionem pꝛeemi net generoſa poſeſſio. que ſparſa colligitur. erogata reuertitur. publicata ſuſcipit incrementum per quã nobilis cõſcientie theſaurus ſecretis penetralibꝰ mentis innaſcitur. fructꝰ iterne ꝺelectationis acquiritur. Hic ſol eſt per quem mentis lumine ꝺieſcit in tenebꝛis coꝛꝺis oculis ꝺelicioſa animi paꝺiſus. ℔ in celeſte. terrenum in i=moꝛtale. caꝺucũ hominẽ in ꝺeũ ꝺeifice imitationis ꝺuertit. ℔ ille

¶ II. CONSIDERATIO.

SEcunda puella virum ꝓpter magiſtralis honoꝛis carentiã ſpãliter otriſtatum aggꝛeꝺit⁹ in hunc moꝺum. Docebo te inquit ſi volueris qualiter poſſis bꝛeui aꝺipiſci ſolennioꝛem ꝺoctoꝛatum quo plerumq; omnibꝰ qui ſunt ꝺoctoꝛibꝰ tenebis cathedram celſioꝛem. ipſiq; vix peꝺum tuoꝛum erunt aꝺ ſcabellum. Honne coꝛrupti ſunt in ſtuꝺijs ſuis et vt plurimum nõ eſt qui faciat bonu;. nec ꝺum viuere ꝺiꝺicere. Compone ergo moꝛes. ſectare virtutes. ſanctam ꝺucas vitam. in vigilijs. in abſtinentijs. in oꝛationibꝰ ſeꝺul In abſtinenꝺo a verbis otioſis ne ꝺicam periculoſis. et vbicunq; ſeꝺeris aꝺmiraꝺilis eris in coꝛꝺibꝰ eoꝝ. Omniſq; locus erit tibi pꝛo cathedra. glorioſuſq; atq; motuus coꝛꝺium ꝺoctoꝛ eoꝝ erit nõ ꝺoctoꝛ moꝺo paruuloꝝ. non ꝺoctoꝛ vel magiſter nouicioꝝ. ſꝫ ꝺoctoꝛ viroꝝ illuſtrium. ꝺoctoꝛ ꝺoctoꝛum quoꝝm coram te interioꝛes ſpiritus ꝓ te et ſi neſcias abſq; veꝛatiõe tui ſpiritꝰ tanq̄ pueri recipient ꝺiſciplinas. ꝺuꝫ nõ ſtatim ꝓficiunt lectionemq; repoꝛtauerint vtpote que ſup vires eoꝝ ſit. qui ſine voce etiam in ſilentio es ꝺe magnis locuturꝰ magnaq; ꝺocturꝰ. Dulcheꝛrum eñ exẽploꝝ poſitione ipſos ꝺemõſtratione aꝺ oculũ ꝺocebis viuere. et bene viuere. viuere ſancte. viuere virtuoſe. Eſt ne aũt excellens ℔ ꝺoctrina. Eſt omnino. Audi in ſimili materia vel eaꝺem ꝺulciſſimũ illuꝫ clareuallenſem ꝺe apoſtolis pꝛeꝺicantẽ. Hij ſunt inquit mgri



nostri qui a magistro omniu3 vias vite pleni9 didicerunt·et docēt vos vsq3 in hodiernum diem·Quid ergo docent apostoli sancti·nō piscatoriam artem vel scenofactoriam·et quidquid huiusmodi est non platonem legere·non aristotilis versucias inuersare· non ꝑ discere·et nunq̄ ad veritatis sciētiam peruenire·docuerunt me viuere·putas parua res sit scire viuere·Magnum aliquid ymmo maximum est·H̄ ille·In hac ergo artem·in hac sapientia sanctoꝝ·que ars est artium regimen animarum malle debes magisterium conse qui·et tale quod ꝓemittitur officium doctoratus q̄ cuiusuis scole regimen·aut doctoratus fastigium quantumlibet excellentis· Sed dices forte non est leue ad magisteriu3 tale conscendere qua le polliceris·Adeptumq3 modicum affert honoris·Erras omnino summo cancellario qui hac in facultate ꝓo certo facili·oīes doctorisat docente pariter et dicente·Iugum meu3 suaue est·et onus meum leue· Veruntamen et si nouellis sit clericulis· non omnino leue·grauius multo fore scias magisterium vulgaris nominis adi pisci·hoc enim nonnullas abstinentias pluresq3 vigilias·labores et expēsas euiscerationemq3 sui corporis vsq3 ad cerebri et medulle ossium exinanitionē requirit·plurimosq3 ob labores hm̄oi excessi uos ad insaniam perduxit· Porro de honore quod loqueris· frustra minusq3 prudenter adiecisti· hoc enim vanitatem iudicat adhuc tuo animo adherentem·prorsus pellendam a sede mentis tue Scriptureq3 nescium vel oblitum testatur cum dicat noster Simphonides·Nimis honorati sunt amici tui de9· nimis confortatus est principatus eorum·Audeo quoq3 securissimus polliceri q̄ virtutem in te sanctamq3 vitam honorabunt cum nouerint multo plures q̄ ꝓescisse quodcunq3 doctoratus officium in hoc mundo·Laudabitur enim ab hominibus considerati9is studorium tuum interius intra cubile cordis tui·considerabitur in memorie tue armario liber vite spiritualis·liber caritatis· summaq3 virtutum operibus declarata summa nichilominus etiam vitiorum per te efficaciter reprobata· Aduertetur q̄ studio incumbis· libro sapientie actuali consideratione posito super pulpitum tui volubilis seu discursiui intellectus·videbitur quoq3 manifestius scole ac doctrinē tue efficacia·atq3 ad profectum plurimorum docendi facilitas per exēplorū positionē·quib9 te exhibueris in morū hōestate oīb9 exemplarem· Et nonne hec et similia merebuntur apud homines·apud angelos·apud deum et sanctos vniuersos·approbationem omnimodam pariter et honorez·hoc notato hec versentur in animo tuo Sz et pariter audito insignē illū ieronimū ꝓesbiterū de quibusdā loquētē i mōasterijs ostitutis·Qui iquit spez uersatōis mlto tpe didicerūt qui oim fuerūt mimi vt ꝓimi oim fierent· quos nec ipsa esuries· nec satietas aliquando superauit qui paupertate letantur

quozuz habicꝰ. sermo. vultꝰ .icessus. doctrina virtutū est. hec ille Nonne ergo omni vulgaris appellatōnis decoratu melioꝰ atqz gloriosius est hm̄oi doctrina pollere et h̄ mō dicere quo n̄ solū lingua sed omnia prædicta scz habitꝰ sermo vultꝰ incessus ꝛc̄. simul docēt et sibi inuicem testimoniuz phibent. doctozemqz cōstituunt q̄ taliter docens nequaq̄ sibiipsi otradicit. quemadmoduz alij qui sepissime quod verbis prædicant. quasi multis otradicētes mozibꝰ impugnant. ¶ Ceterū tali de quo loquoz doctozi nequaq̄ ea deerūt vel in equiualenti que gratiose doctozibꝰ alijs impenduntur. Hi mirum tali non minus q̄ alijs laus hautdubium ꝓmaxima debet' et redditur. Idem dico de doctozatꝰ insignibꝰ et omuniter accēti bꝰ vt de pirreto et veste honozis. de cathedza magistrali. et de loco honeste sessionis. et lauta ꝓcuratione in ouiuijs. de mansioneqz condigna. et de honesta comitiua vel familia. Vis scire de laude Prozfecto ostat virum talem iustum esse. sed teste scriptura memoria iusti cum laudibus. ostat talem virtuosum esse. sed laudabiles virtutes dicimꝰ vt ait aristotiles in suis mozalibꝰ. constat doctorem talem pulchro studio deditum esse atqz deditum in virtute. sz ammonet nos scriptura. laudemꝰ inquit viros glozioſos homines diuites in virtute pulchritudinis studium habentes. Vis scire deinde de pirreto ī capite. ecce doctozatꝰ est insigne. et potest intelligi de autozitate capitalis. i. pzincipalis doctrine in exemplis operum pzincipaliꝰ q̄ in solis verbis ostente. quippe leone papa teste validioza sunt exempla q̄ verba. et pleniꝰ ope docetur q̄ voce. Deniqz per pirretum capitis intelligi potest intētio mentis. ozdinans ad doctrinam opera exemplaria. aut etiam spes eleuata de habenda per hoc vel in participio doctoꝝ aureola. Vis vlterius scire qualis sit doctozi ꝺ quo loquoz vestis honoris cathedza magistralis. Aut quis sit ei locus in conuiuijs. Certe non sic quemadmodum doctozibꝰ alijs scribarum nomine designatis in quoꝝ detestationem dicit Saluatoz. Attendite a scribis qui volunt ambulare in stolis. et amant pzimas cathedzas in synagogis. et pzimos discubitꝰ in ouiuijs. non sic certe doctoz de quo loquoz non sic. sz pzo stola honoris corpꝰ ornante eligit stolam iocunditatis interne. Omnis em̄ gloria eius ab intus in fimbzijs aureis. i. in finibus rutilantis caritatis. ꝓ cathedza vero magistrali eligit altam ascēdere mentis sue sedem vel locari inter animos sm̄ illustrem boetiū celsa sede petitos. Pzo pzimo autē discubitu in ouiuijs eligit ascēdere superius ad gradum aliquē vnum de sublimioziꝫ in ouimo eterne satietatis. estqz ei in pzesenti secura mens. iuge ouiuiū. atz mensa splendida. que si non ostat in epularum lauticia. ostitit tn̄ in eo qꝺ multū pzeualet scz in multiplici ac delectabili recreatōe interna. sm̄ quā possibile est ei epulari quotidie splēdide saltē ab itra. et mltocies etiā assumi ad exterioza ouiuia cū mlta reuerētia

Demum talis doctor non carebit mansione condigna qui pculdubio manens in caritate in deo manet cui etiã eterna predestinatõe debetur in celis inter spdereas mansiones vna sublimis Quid plura. profecto talis doctor nõ carebit sp se sequente et sibi obsequente honesta comitiua et familia cũ honoris et honestatis opa sequãtur illum tanq̃ comitiua. que etiam tanq̃ familia. id est sibi familiaria fideliter et grate ei seruiunt hic ad meritum et tandem ad premium future beatitudinis seu ad obsequendum statum omnium bonorum aggregatione perfectũ.

¶ Capitulum quintum otinens osolationes sup carentia vel ãmissione militaris honoris vt militis contristati vel ex eo q̃ ei res nõ suppetant quibus possit actus militares exercere vl̃ ex eo q̃ de bello fugerit vel ab hoste.

QVinto post premissa ad dominã osolatricem illustrissimam accessit et ali9 tristis desiderans instanti9 p eaz sup materia premissi capituli recipe cõsolationẽ. que mox eidem hui9 rei gratia de suis puellis duas satis pdoneas adiunxit.

¶ I. CONSIDERATIO.

PRima puella attendens predicti viri tristiciam ex eo q̃ pter defectum rerum militiam exercere non posset prouenire. Ad ipsum sic ait. Aduerte miles seculi q̃ glorioſius sit q̃ seculi militẽ esse christi regis eterni. Quid igitur miles seculi. Num te militem esse christi abnues quo stultissim9 oprobaris. An credis duob9 dominis tam diuersis tanq̃ aduersis simul posse militare aut cõsequi gloriam ab vtroq̃. Hoc vane speras. Nimirum teste jacobo alphei quicunq̃ voluerit amic9 esse seculi huius inimic9 dei cõstituitur. Quo etiam ampliorem tibi studes mundi gloriam oparare. eo ampliori quoq̃ ofusione apud vniuersam celi militiam. apud q̃ dñm exercituũ regem glorie ingloriꝰ eris. An non te mundi gloriam siue torneamentis. siue hastiludijs. siue alijs consimilibus vanissime appetentem. aut etiam consequentem rex glorie qui presto est vniuersis dilucide cernit. Videtq̃ dum quempiam alium deicis te deici. dum superas superari miſera vanitate. Quid autem tam inglorium q̃ vana gloria superari. Quid tam cõfusibile q̃ non posse resistere vanitati. nec posse subsistere. vel ad modicum. et otra modicum venticulũ vanitatis. Deniq̃ quid adeo stultissimũ vt p gloria minima ac caduca q̃ nõ sme peccatis compar̃ q̃s velit amittere aut piculo exponere eterne glorie coronã. Quig̃ felix impedimentum atq̃ beata p̃sus pauptas que nõ smit militem ei cui si facultas suppeteret. resistere nesciret. insistere et vanitati. quod nimirum etiam medici corporis vt ludendo loquar delicatis dissuadent. quorum forsan cuiuslibet supra dorsum si torneamentis interesset. velut super incudem simulq̃ plurimi crudeliter fabricarent.

Neqꝫ cerebro nec faciei · nec naso · vel oculis nec pectori vel ventri · nec dentibꝰ vel ori · nec genitalibus parcerent · Sed et spiritum ipsius ita suffocarent · ꝙ multo consultius caderet · equum et arma perderet · vel si posset fugeret psona eius · p̄ ꝙ vita ipsius aufugeret · nunp̄ reditura · et nonne tantis malis carere magis est bonum p̄ sit malum honore carere · de quo agitur militari et tantummodo temporali

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella attendens militis tristiciam ex alio capite · ex eo scꝫ ꝙ ex fuga de bello vel ab hoste honorem militarem se reputat amisisse · ad ipsum sic ait · O miles vinā christi si attēderes accidentia pugne seu belli vel etiam singularis certaminis · non sic forsitan fuge accidentia te turbarent · Cur non attendis ꝙ singulare certamen summe est periculosum vbi duoꝝ inimicoꝝ capitalīū ambos vel alterum occumbere sit necesse · vbi de facili psens vita amittitur et futura · Nec victor excusatur i defensione propria qm̄ potius si posset deberet fugere p̄ eterne damnationi animam exponere sui hostis penitentie spacium pre angustia certaminis n̄ habētis · O qui tali intentōne fugeret p̄ glorioſus christi miles esset · quantumqꝫ vel in celo honorem perpetuuꝫ obtineret Rursuꝫ cur non attendis ꝙ perraro bellum quod cōmittitur solet esse iustum · quinimmo contrarium iusto videtur ex omni parte · nunc em̄ causa est iniusta orta discordia ex mera supbia · quippe dum supbit impius incenditur paup · nunc qualiscunqꝫ causa sit · tantum ꝓpria et non auctoritate principis ne dicam contra principem cum crimine lese maiestatis attemptatur · Hunc in accessu terra tam amicorum p̄ inimicoꝝ deuastatur · Incendia fiunt · spoliantur rebus suis ne dum diuites · sed et pauperes totaliter innocentes · et ipsi diuites ad mendicam paupertatem deducuntur · eiulant postmodum vxores et paruuli post abundantiam et vitam delicioſam ad miseriam maximā deducti · Sed a principio bellici apparatꝰ grauant⁹ iniuste monachi · moniales · et clerici seculares · ora ipsoꝝ priuilegia et libertates · non obstante si paupertate smt oppressi artantur vt currus cedant et equos · vel etiam mittant armatos ad occisiones inimicoꝝ dispositos · ora ipsoꝝ conscientias cū irregularitatis metu · quis etiam alias causam esse nouerint minꝰ iustam · Istis factis illicitis heu miles seculi communiter inuolueris duꝫ ad bellum procedis in quo processu bellico non est qui se abscondat a calore eius · ne dicaꝫ a furore eius in iusto · Qꝰ si forsan pgressus fueris vsqꝫ ad egressum amputa obprobrium qđ suspicatus es · Euge auctor de iniusto bello ne in ipso cum tali conscientia digne sauciata fugiat a te vita tua · ne moriaris in corpore et anima · fuga hec non modo excusatur sed ex iusticia requiritur · quam qui continens est obuiabit illi · q̄si mater honorificata · Vnde fuga h̄ honorem hꝫ

si non in minori isto flebili et misero. tamen in superiori et maiori mundo. Vbi inumeri sancti dei. vbi miliamilium. et decies centenamilia agmina celestis milicie assistunt exercituum dño. qui non pariter iudicant. huiꝰ mundi vulgo excecato. ¶ Porro si bellum aliaꝫ etiam iustum esset. vidisses tamen hostes triumphare et probabile vbi mortis periculum imminere. queso dic quid mali esset fugisse in hoc casu. non reor ex parte tui aliud esse q̄ obprobrium pati a fatuis seu minꝰ expertis. Sz nonne magis bonum est vitasse per fugam periculum mortis et effusionē sanguinis tui vel alteriꝰ q̄ spacio penitentie non extante tu poteras vel alius vel etiaꝫ alij in corpore et anima perijsse. non etiam magis bonuꝫ est teipsuꝫ ad merendum celestem gloriam conseruasse vel etiam te preseruasse a captiuitate. ratōne cuius fortassis tu cum vxore et omni ꝓle tua deductꝰ fuisses ad perpetuam egestatem. Nonne inq̄ qōlibet horum magis est bonum q̄ malum sit ꝓpter fugam obprobrium pati a fatuis hominibus inexpertis. quale obprobrium ratio dictat eē propter meliꝰ contemnendum. Deniqz honor siue in bello. siue in certamine singulari per fugam perditus est recuperabilis in equiualenti siue etiam precellenti tam militari q̄ regio honore. Vis scire de militari. Audi quendam patrem de paulo apostolo predicantem. Laudabilior inquit est miles qui de prelio fugit. sed reuersus fortiter dimicauit. q̄ qui nunq̄ terga vertit nec etiam viriliter q̄q̄ gessit. Hinc et gregoriꝰ hanc comparatōz egregiam quadam in omel. q̄i formaliter cū maioris dilectōis additam̄to supposuisse reperi². Dux inquit in prelio plus eum militem diligit qui post fugā reuersus hostē fortiter premit q̄ euz qui nunq̄ terga prebuit et nū q̄ aliquid fortiter fecit. Nec cogitet quis q̄ cesset hec comparatio si non ad idem in numero preliuz miles reuertatur. dummō ad pugnam excellentiorem in qua viriliter dimicet conuertatur. scilicz contra illos hostes de quibus dicit scriptura. Inimici hominis domestici eius id est interiores motus passionum. quarum cuneum superare est saltem apud deum et celestem militiam spiritualis fortitudinis euidentius signum et magis glorioſum. q̄ siquis exterioꝝ hostium plurimos superasset. Audi salomonez. Melior est inquit q̄ dominaⁿ anime sue ex pugnatore vrbium. Sed et seneca illustris dicit q̄ seip̄m vicit otra oia fortis ē. Vis scire de honore regio quē plures regum filij post fugā sunt adepti. considera multarū terrarum prelia quarum regum honor per fugam de prelio. vtcunqz lesus postmodum recuperatus fuit eminenter regali solio subsequēter adepto. Ad quod probabiliter si fuga non fuisset nullatenꝰ attigissent. q̄uis et ipsa regalium personaruz fuga sit excusabilis ex hm̄oi probabili presumptione q̄ milites ad frenum principis iurātes ne aliter plurima mala totius vnius regni sequerentur ipsum principem de prelio eduxerint violenter presertim cum nouerint

imitemur ab ipsius corpore non separemur · cuius per fidem membra effecti sumus · Iudas em̄ patriarcha concubuit cuz thamar nuru sua et ex illo coitu nati sunt zaram et phares · inde postea salmō qui fuit dux in deserto · inde obeth · inde quoqz booz · Inde postea ysai qui fuit pater dauid · ex illa autem ꝓgenie origo ducitur xp̄i hec hieronimꝰ ·

¶ Capitulum quintum continens consolationes persone turbate maxime diuitis super ignobilitate seu carentia nobilitatis ·

QVinto post premissa ad illustrem dominam consolatricem accessit et alius tristis super ignobilitate seu nobilitatis carentia querens ab ea recipere cōsolationē cui illa mox huius rei gratia octo de suis puellis ꝓ consolatione duxit assignandas ·

¶ I · CONSIDERATIO ·

PRima puella sic ait · O homo cur de ignobilitate generis turbaris cum si velis prestantiorem nobilitatem consequi possis Que nam inquies est illa · Profecto illa est que nō ex diuitijs temporalibus sed ex thesauris oritur spiritualibus · Audi illum Cassz · Si inquit inueterate et per genus ducte diuitie nobilem faciunt · multo magis prestantior est nobilitas cuius origo thesauris prudentie locuples inuenitur · ℔ ille · Patet igitur huius viri perpulcro dicto ꝙ ignobilitas generis recōpensari potest multo quidez excellentiori · Sed ꝙ etiam occasio sit excellentiori nobilitate obtinenda conatum habendi hoc pacto patet · Siquidez vbi nobilis genere de sua contetatur nobilitate · ibi sepius genere ignobilis conatur se in recompensam virtutibus nobilitare · Audi patrez clareallis · Nescio inquit quo pacto virtus ignobili placet · An forte plus claret siquidem ignobilis cū caret gloria · nō facile liquet vtrumqz nolit · aut quia non possit habere · laudo factam de necessitate virtutem · sed plus illam quam elegit libertas · nō quā induxit necessitas · hec ille pater · Verū licet plꝰ illa vt dicit laudanda sic virtus quam elegit libertas · tamen etiam illa nobilitas morum seu virtutum quā ratione ignobilioris generis inducit necessitas magis facit hominem notum seu famosum ꝙ sola dignitas generis · Hinc etenim in decretoꝝ venerabili volumine sic dictuz videtur · Nos qui possumus non ex locorum vel generis dignitate · sed morum nobilitate innotescere deberemꝰ ·

¶ II · CONSIDERATIO ·

SEcunda puella sic ait · O karissime quid de ea multū curas quā deꝰ parum curat generis nobilitate · Vis scire ꝙ parum deus illam curet · Audi venerabilem jeronimum · Sola inquit apud deum libertas est non seruire peccatis · summa apud deum nobilitas est clarum esse virtutibus · hec ille · Nec videtur ꝙ tantum summa ꝛ etiam ꝙ apud eum sit sola · quemadmoduz et nō seruire peccatis

dicit solam apud deum esse libertatez. Et nonne satis johannes os aureum hijs ocozdat. Ille inquit clarꝰ. ille sublimis. ille nobilis ille tunc integram nobilitatem suam putet. si dedignetur seruire vitijs. et ab eis superari. hec ille et ecce dicit integram putet suaz nobilitatem. Quod ẽm parum distat nihil distare videtur. ergo no bilem esse genere supponit parum esse atqz ideo de eiꝰ carentia nõ curandum esse.

CIII. CONSIDERATIO.

QErcia puella sic ait. Noli amice iudicio errare studeꝑ potius te deo cõformare. apud quem quis sit potioz venerabilis jeroni mus manifestat. Ille inquit apud deuz pzeest potioz. non quem no bilitas generis nec dignitas seculi. sed quem deuotio fidei et san cta vita cõmendat. hec jeronimꝰ. Sed vt quid nobilitatis carentia seu contristat ignobilitas nisi ꝙ quis eo qõ est ipse potioz esse vel let. Sed quid. Nunquit bene. Pzocerto minime. Audi ad hoc iti dem jeronimum venerabilem. Nulli inquit te vnq̃ de generis no bilitate pzeponas. nec obscuriozes quoslibet et humili loco natos te inferiozes putes. nescit religio nostra psonas nec oditiones ho minum. sed animas inspicit. hec ille. igitur saltez apud religiosas mentes inter nobiles genere et ignobiles non est differentia. que si forte apud non religiosas fuerit non est cura.

CIIII. CONSIDERATIO.

QVarta puella sic ait. Cur homo dquereris de carentia nobili tatis carnalis. Estimo ꝙ non faceres si quale ei vitium est an nexum attenderes. Vis scire quale. Audi insignem jeronimũ. Ple rumqz inquit nobilitas carnis ignobilitatem parit mentis. Huic concozdat vel cum moderamine egregiꝰ pater gregoziꝰ. Nonnul lis inquit solet nobilitas generis parere ignoblitatem mentis. vt minus se in hoc despiciant. qui plus se ceteris aliquid fuisse memi nerunt. hec gregoziꝰ. Vide igitur quid velis e duobus eligere scz vel mentis nobilitatem. vel carnis. que si sola est. facit mentem se aliquid fuisse meminentis. et ob hoc nõ se. sed alios despicientis ignobilem fieri. vt hic egregiꝰ pater innuit. et certe bene. Nimiz alios pzesertim dei amicos etiam si ignobiles sint despiciẽs seu sp nens ipsum deum spernit seu contemnit. Dicente domino qui vos spernit me spernit. Sed quid de illo. Certe deum spernentes seu cõ temnentes fiunt ignobiles. Audi ipsum deum loquentem. Qui in quit contemnunt me erunt ignobiles jta ait. Nec mirum. Nam et cham pater chanaan per contemptuz patris sui noe cuius vino in ebziati verenda nudata fratribus suis nunciauit. Hoc ad ignobi litatem suã meruit ꝙ noe pater eius a vino euigilans ait. maledi ctus chanaan puer seruus seruozum erit fratribus suis scilicet gẽ et japhet qui ꝓpter hanc virtutem ꝙ tunc pallio verenda patris operuerunt. facti sunt igitur dicto fratre suo potiozes quẽ exinde

seruum habere meruerunt ¶ Sane dictuz dei verbum qui otēpnūt me erūt ignobiles. necesse est intelligere saltē ō ignobilitate mās Si vis igitur vnum eligere e duob9 predictis pensa quid melius. Siquidem haberes nobilitatem carnis esset in periculo nobilitas mentis. quēadmodū ptz ex p̄missis. Stude igit² vt eā q̄ sine piculo osequaris tanq̄ p̄estantiozem magisqz appetendam nobilitatē mētis. An non melius est nobilem habere hominem interiozem q̄ exteriozem. seu nobilem habere mentem q̄ carnem. Deofecto melius est q̄ carnem mentem habere nobilem. quippe secundum mentem homo est factus ad dei ymaginem. Est et mens superioz pars anime et caput ei9. Sed reuera vnum e duob9 eligendo dignus quidem malles caput habere nobile q̄ pedicam nobilem. Nam et in signū p̄estantiozis nobilitatis solēt homines inter membza caput magis p̄eciosis gemmis auro quoqz et nobilib9 rebus alijs q̄ pedes suos perozнare. Vix est em̄ rex aliquis vel regina qui vel que non p̄o pedib9 de ozнatu nigri cozij contentetur

¶ V. CONSIDERATIO

QVinta puella sic ait. Cur ō generis turbaris ignobilitate. quequidem te ne glozioſus efficiaris minime valet impedire. Vis hoc scire. Audi iohannem os aureum pulcris hoc exemplis ac per contrarium declarantem. Patrem inquit habemus abbram. quid p̄dest ei quem sozdidāt mozes clara generatō. Aut quid nocet illi generatio vilis. quem mozes adozнant. Ipse enim vacuum se ab oī bus bonis actibus ostendit qui glozиatur in patribus. hec iohannes p̄dict9. Qui rursum sic dicit. Quid nocuit abrahe q̄ habuit patrem tharam luteozum deozum cultozez. Nonne separatus a genere suo posit9 est i caput fidelium vt iam non diceretur fili9 peccatozum sed pater sanctozum. Non potuerunt eius gloziā sozdidare patrum errozes Stagnum de argento egreditur. sed non est argentum. Itaqz argentum colatum seruatur. stagnum autem foris expellitur. Melius est de contemptibili genere clarum fieri. q̄ de claro genere contemptibilem nasci. qui enim de claro clar9 nascit² glozia claritudinis eius non est eius solius sed communis videt² Qui aūt de contemptibili genere clar9 egreditur tota glozia claritudinis eius solius est. qui vero de contemptibili genere otēptibilis nascitur turpitudo otemptibilitatis solius ei9 non est. sz etiā et generis. qui aūt ō claro genere otemptibilis nascitur omnis turpitudo illi9 est ei9 soli9. Ideo meli9 est vt in te glozientur parentes q̄ tu in parentib9. hec ille. cuius dictis adijcio q̄ multo meli9 est nobilem esse seu perfectum in persona p̄pria siue per conditiōs personales et quasi essentiales. quaz p contractas aparentibus cō ditiones extrinsecas et quasi accidentales.

SExta puella sic ait. Cur appetis karissime nobilitatem generis per quam nichil osequeris p̄prie nobilitatis siue claritudinis

bene autem inde maiorem turpitudinez consequi poteris Sane vt hec aduertas queso dic mihi quid est nobilitas nisi aliena claritudo. Himirum nobilitas laus est parentum. que quidem laus si veritati non innititur vana atqz turpis est. Si autem ex meritis parētum proueniat ipsorum quidem non tua est. tibi igitur splendoris quid confert claritudo talis aliena propriam non habenti. Verum quanto tibi parentes fuerint clariores hoc bonuz ex nobilitate cōsequeris. q̄ tanto te tanq̄ degenerantem turpiorem reddit proprioꝝ atqz laudabiliū carentia meritoruz. Hec ē profecto sententia quā et illa nobilis consolatrix boetij protulit in hec verba. jaz inquit q̄ sit inane q̄ futile nobilitatis nomen quis non videat que ad claritudinem refertur. Aliena est. videtur nanqz esse nobilitas quedaz de meritis puenies laus parentum. Quid si claritudinem predicatio facit. Illi sunt clari qui predicantur necesse est quare splendidum te si tuam non habes aliena claritudo non efficit. Q⁹ siquid est in nobilitate bonoꝝ id esse arbitror solum vt imposita necessitudo videatur ne a maiorum virtute degenerent. hec illa. Cui i hō vltimo puncto concordat insignis pater jeronimus. Nichil inquit aliud video in nobilitate appetendum nisi q̄ nobiles quadam necessitate constringuntur ne ab antiquoꝝ probitate degenerent.

VII. CONSIDERATIO.

Septima puella sic ait. O amice cur ō nobilitatis carentia quereris. Nempe qualiūcūqz parentum filius dicaris. nō poteris esse ignobilis nisi sola opinione. sed nobilis es in veritate. si tamē non p vitia degeneraueris. Ecce em̄ qō dulcissimum est auditu nobilis illa boetiana consolatrix sic musice modulata est. Oīne hoīm gen⁹ in terris simili surgit ab ortu. Vnus eniz rerum pater est vn⁹ cuncta ministrat. Ille dedit phebo radios dedit et cornua lune. Ille hominem etiā terris dedit et spera celo. Hic clausit membris animos celsa sede petitos. Mortales igitur cūctos edit nobile germen. quod gen⁹ et proauos strepitis. Si primordia vestra ductoremqz deuz spectes nullus degener extat. Ni vitijs peiora fouens propriū deserat ordinem. hec illa. Sane hoc ita potest intelligi quidquid ad substantiam bonoris attinet hoc oīs homines immediate a deo habent. Animam nanqz quis creat nisi solus de⁹. Supposita etiam prima materia quis creauit eam. deus sol⁹ et non homo. Equidem hominis operandi principia que accidentia esse noscuntur ad substantiam humani corpis non attingūt. Nihil em̄ vltra suam speciem agere apud phāntes communiter est concessum. Rursum et illa numero accidentia que reperiuntur in homine que non modo tm̄ in fieri hominem disponunt. sed inesse. Vt carnali patre qui forsitan mortuus est vel distans tanq̄ a causa essentiali penitus non dependent. oportet nanqz tam p̄ducens q̄ conservans nō ita distare loco vel tpe ab eo qō p̄ducit vel oservat. ꝫ occurrit

omnino causa essencialis necessario cum effectu. Quid igitur in hominib⁹ pmansurum repies qđ non eque immediate oīs homines habeāt ab oīm creatore. Bñ igit² dctm̄ est mortales cūctos edit nobile germen. Oīme hoīm gen⁹ in terris simili surgit ab ortu. Null⁹ degener extat ꝛc. sicut pri⁹.

VIII. CONSIDERATIO.

Octaua puella sic ait. O amice si salutem tuā ꝓuide diligeres ignobilitatē generis poti⁹ q̄ nobilitatem eligeres. Vis scire quare. Ecce nobilitas generis viruꝫ cui facultas utcunqꝫ suppetit multum artat ad armatam militiam exercendā. que quidez militia vnum est inter quedā negocia de quib⁹ specialiter scribitur. q̄ vix vnq̄ possunt exerceri sine peccato. qđ iuxta tradita supra p neptez meam quo ad ipsam militiam hm̄oi intelligo de peccato mortali. Nam vix vnq̄ potest quis eā exercere sine graui periculo corporis et anime. ꝓesertim in bellis et guerrarū batellis hastiludijs atqꝫ torneamentis. in quib⁹ sepi⁹ contingit occidi et occidere et miserabiliter interire nō habito spacio penitentie. O infelix nobilitas que hm̄oi accidentia secum portat. Econtra felix ignobilitas que ab istis suppostat que ñ sinit hominē ambulare in mirabilib⁹ sup se. q̄ et spūm viri humiliat p qđ ipm ad futurā exaltatōꝫ habilitat

Capitulum sextum continens consolatões psone nobilis et diuitis sup aliquoꝫ de sua parentela humilitate seu ignobilitate.

Sexto post premissa ad p̄fatā dñam ꝺsolatricem accessit et ali⁹ tristis de materia p̄missi capituli ꝺquerēdo cui illa p ꝺsolatione impendenda de suis puellis duas adiunxit.

I. CONSIDERATIO

Prima puella sic ait. O homo si ꝺ tua parentela humiles quos daꝫ habes et ignobiles et inde turbaris. cur est hoc nisi quia inde verecundaris qđ plane tue superbie attestatur. Proinde nimirum tu de ipsis vt de illis qui magis humiles presumuntur habere poti⁹ gloriari et ipsi de te vano et superbo tanq̄ de vitioso possent erubescere nō indigne. Glorieris igit² de ipis vt de exaltandis ipsi vero de te erubescere possent et tu magis vt de humiliādo. Regula em̄ hec seu diuina sentencia irreuocabiliter stabit qua dicit² qui se exaltat humiliabit². et qui se humiliat exaltabitur. consulo itaqꝫ vt pares tibi illos extimes et si non maiores. Muta iudicium et te extimes viliorem inferiorem vel s̄m interiorem hominem. et nunquit nō ita verum extimares. Certe sic. si ñ mundi iudicio. tam celi. put in extremo et vniuersali iudicio claxerit.

II. CONSIDERATIO

Secunda puella sic ait. Nōne vides karissime q̄ magnes lapis qui claritate carens foris nobilitatem nō ostendit eligibilior est vitro rubeo quod videt² lapis esse preciosus. quem ꝓpter exteriorem dispositōꝫ rubinum facile iudicares. Certe eligibilior esset. quid g⁹ ubi de exteriori nobilitate generis. et cur de ignobilitate

exteriori aliquor tue pentele erubescis. Sūt em̄ illi forte magnetes .i. magni corar dñō rustico sub colore faciente hoc ipor humilitate quor itericeis eor nobilitatis claritas qñ nobiles mūdi obscurabut et i exteriores tenebras mittet euidēt fialiter appebit

¶ Capitulum septimum otinens osolationes puelle super nobilis viri carentia siue iam sit maritata siue virgo claustralis vel alias nunp maritanda.

SEptimo post premissa ad dñam osolatricem antedictā accesserūt puelle quedā tristes sup nobilis viri carentia querētes osolari. q cū due fuerint decreuit dicta dña duas eisdē de suis puellis assignare p osolatōe eis impendenda. ¶ I. CONSIDERATIO

PRima puella nō loquens monialibp sz matrimonialibp sic ait Tu filia maritanda vl iam etiaz maritata cur de nobilis mariti carētia pturbaris. Si nō stulta esses minp nobiles peligeres. Ille qui nobilior forsitan tanp nō parem sibi te otemneret. minp aūt nobilis in multa reuerentia te haberet ille qui nobilior vl cū aliis mulieribp vl in mundi vanitatibp vl p guerras tua et sua bona osumeret. et ad erubescendam pauptatem seu inopiam te et se deduceret. qui vero minp nobilis tibi thesaurisaret et nihilominp lautam mensam tecū haberet. Ille qui nobilior forsitan ob picula militaria qñqz vel mortup. vl cruentp vl membro diminutus. naso vel oculo orbatp ad te rediret. Qui vero minp nobilis sano corpe letoqz vultu te respiceret ac tibi omaneret. Deniqz ille qui nobilior per frequentem absentiam te turbaret ille qui minp nobilis vl forsan ignobilis te p suam pñtiaz delectaret et osolationes plurimas exhiberet. Nec moueat te qđ aliter esse possibile foret. nam saltem ea que dicta sunt. sunt omuniter accidentia vl multum pbabiliter expectanda. ¶ II. CONSIDERATIO

SEcunda puella ad virginem claustralē loquens sic ait. Tu virgo claustralis xpō dei filio desponsata si de marito quantumlibet oditionū excellentiū fueris temptata temptationez hmōi arte quadam et exemplo supare poteris si tamen sponsi tui pcellenti orres oditiones et dignitatem ab ipō habitam et habendam bene attenderis. Ecce quid accidit. Certur quidē q dux austrie scribens regi francie in descriptione psone sue et statp posuit in litera tytulum longissimum ex multis pualibp titulis opositum. Sic videlicz Lupoldp dux austrie. Marchio stirie. dñs porp naouis. Lantgrauius alsacie. Comes d habespurg ꝛc. hmōi. quo audito titulo rex frācie admirans et deridens dixit suo notario. vt ducis titulum itez legeret p singula puncta et distincte. Qñ ergo legit dux austrie. dixit rex et ego rex frācie. qñ legit marchio stirie dixit rex. et ego rex frācie. et eodē mō dixit ad singulos titulos. qi diceret. plp est esse regē frācie cuip solip tituli expssiōe solemp nos describere. q̄ oms

predictos titulos habere Consimili ergo mō dicat virgo xp̄o de sponsata si p magno dica² ei talis mulier p suū maritū hz q est magna baronissa·dicat p maiori dignitate et ego p xp̄m meū sponsuz sum celestis regina·Si p magno dicat² sibi talis est p marituz magna ducissa dicat iterū ipa·et ego p xp̄m celestis regina·Sz dicat² sibi talis p maritū est regina francie vel anglie·dicat ipa et ego p xp̄m sum regina celi seu celestis regina·Si dicat² ei talis mulier p maritū facta est impatrix·dicat ipa et ego nō mō terrena impatrix sz p xp̄m sponsum meū celestis sum regina.Cur aūt sic veraciter dicere possz·Profecto idcirco·q² eodem in regno vbi spōsus est rex ibi sponsa ab ipo denominanda dicenda est regina·Si itaqz ihesus sponsus virginū rex est celi·sequit² q virgo claustralis sponsa christi est regina celi seu celestis regina·

Explicit sext⁹ liber de dsolatōne theologie·Incipit liber septimus dtinens dsolatōnum remedia optuna dtra turbatiua que opponunt² diuitijs et rez facultati·Capitulū primū dtinens dsolationes super non assecutōne seu carentia diuitiarum seu rerum tpalium·

Septimo principaliter decē tristib⁹ sepedicte dñe consolatrici principali appropinquantibus et ei astantib⁹ vn⁹ ex eis añ ceteros de diuitiaz seu rez tpaliū carentia est dquest⁹.Et illa eidem ptin⁹ p dsolatōe sibi impendēda sedecim de suis puellis deputauit·

I.CONSIDERATIO·

Prima puella ad tristem p̄dictū sic ait·Est mirz valde diuitiarum ex carentia quoscunqz xp̄ianos dtristari·Inde quidem vt reor tristiciam nō haberent si ipi scirent quanta diuitie mala opari dsueuissent·Vide amice si verum dico·Ecce diuitie desiderate mētis insaniaz indicant·Diuitie quoqz christi discipulatui derogant Diuitie suos amatores inquinant·Diuitie tremorem causant·Diuitie onerant·vinculant anxietatib⁹·et tedijs inquietant·hec mala ad presens sufficiant·Vis itaqz scire karissime q diuitie desiderate presertim in christiano mentis insaniam indicant·Audi patrem clareuallis·Querat inquit diuitias pagan⁹ qui sme deo viuit·querat iude⁹ qui terrenas promissiones accepit·Sed qua mente christianus diuitias querit postq̄ christus beatos esse pauperes predicauit·Hec ille pater qui dicens qua mente· videtur innuere q nō nisi mente stulta vel insana·Vis insup scire q diuitie possesse saltē absqz promptitudine eas relinquendi propter deum· discipulatui christi derogant·Audi etiam ipsius christi euangelicam sententiam·Omnis inquit qui non renunciauerit omnibus que possidet

nō potest me⁹ esse discipul⁹. Vis scire q̄ diuitie suos amatores inquinant. Audi patrem clareuallis. Beat⁹ inquit qui post illa non abijt que possessa onerāt. amata inquinant. amissa cruciant. hec ille pater. ſz et in signuz ſpūalis inquinamenti. Aurū et argētū q̄ cō munis diuitiaꝝ sunt materia se multum detrectantes corpaliter inquinant. Vis vlteri⁹ scire q̄ diuitie tremorez causant. Ecce chaym qui interpretat⁹ possessio caput habuit tremulū qđ signat q̄ qui in mundo possessiones habent vtiq; in tremore sunt. hij sunt quidem qui iuxta verbum psalmiste trepidauerūt vbi nō erat timor. Vis de mun scire q̄ diuitie onerant. Audi illustrē jerōnimū. Si inquit habes vende et da paupib⁹ si ñ habes grandi onere liberat⁹ es. Audi quoq; et gregoriū quo ad hoc. Terrena inquit substātia eterne felicitatis opata. pond⁹ est. nō subsidiū. Eert⁹ aūt et pater clareuallis audito q̄ sexcēte marce p quendā abbatē sibi trāsmisse amisse essent. hec verba dixisse. benedict⁹ de⁹ qui nobis peperit ex h° onere. Vis postremo simul scire q̄ diuitie onerant vinculant anxietatib⁹ et tedijs inquietant. Audi magnū patrez augustinū. Abice inquit a te diuitiaꝝ onera. abice vincula nō voluntaria. Abice anxietates et tedia que te plurib⁹ annis inquietāt. Hec ille pater. Sz et de inquietudine hoc testat⁹ qđ in pbꝝ puerbijs sic habet⁹. cū dyogenj a capite fur de nocte sacculū cū numis subtrahere conaret⁹. tolle inquit infelix vt facias vtroſq; dormire.

CII. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. Vis hō rursum scire et alia mala a premissis p sororem meā pfatis. Ecce diuitie dolores cānt. diuitie p superbiam inflāt. Diuitie labores et picula inducūt. et virtutes eneruāt. Diuitie hoīez securitate et quiete priuāt. diuitie vrūt et excruciāt. Vis scire q̄ diuitie dolores cānt. Audi illustrem senecam de diuitijs sic loquentē. Ista que sic petim⁹ tanq̄ datura letitiam ac voluptatē cause dolorꝝ sunt. Vis scire q̄ diuitie p supbiā inflant. Audi magnū patrem augustinū. Morb⁹ inquit diuitiaꝝ est supbia. Naz grandis anim⁹ est qui inter diuitias isto morbo ñ cēptatur. maior anim⁹ diuitias suas vincens dtemnēdo. magn⁹ ergo est diues qui nō se ideo magnū putat. q̄z diues est. qui aūt ideo se magnū putat. q̄z diues est supb⁹ et egen⁹ est i carne crepat. in cor de mendicat. inflat⁹ est nō plen⁹. Vis scire quoq; q̄ diuitie labores et picula inducūt et virtutes eneruant. Audi rursum magnum patrē de auro quod materia ē diutiaꝝ. Aurum inquit est materia laborꝝ. piculū possidentiū. auꝝ eneruatō virtutum. aurum malus dñs. pditor. seruus. Vis scire q̄ diuitie hoiem securitate et quiete priuant. Audi petrū illū Rauennensez. Auri inquit custos seruator argenti securitatē nō habet nescit quietē et cui deest securitas quies perit pena diues est ille et nō censu. Deniq; vis scire q̄ diuitie vrūt et excruciāt. Audi illustrē senecā de diuitijs loquentē. In h°

inquit excusabiles sunt dij·q̄ ista que orunt et que excruciant optantib⁹·oferunt.

III·CONSIDERATIO

Tercia puella sic ait·Cur homo appetis diuitias quas sequi solet tumor inflationis·letarg⁹ obliuionis·et frequens tediu⁹ erubescentie et pudoris· Vis hec scire· Audi patrem clareuallis· Videas inquit plerosq⁹ in ecclesia de ignobilib⁹ nobiles·de pauperib⁹ diuites factos subito intumescere·pristine obliuisci subiectionis·gen⁹ quoq⁹ suum erubescere et infimos dedignari parentes·Hec pater ille·Q̄z quid· Profecto taceo de dicte verecundie materia que se t̄n offert frequenter nimis·taceo de obliuione predicta que inuertit² sepissime hominib⁹ vanis·loquar solū de añdicto tumore·qui q̄uis non sit nisi cordis·min⁹ tamen piculosus nō est q̄ si esset tumor corpis

IIII·CONSIDERATIO·

Quarta puella sic ait· O hō karissime testante ihū filio sprach· Si dives fueris nō eris immunis a delicto·Q̄z et illustris seneca·multum est inquit nō corrumpi diuitiaꝝ otubernio· quid igit² curas de diuitijs·te pot⁹ cura de vitijs annexis diuitijs ·seu potius sicut in voce·sic quasi et in re diuitijs incorpatis· forsitan inq̄es·que nam sunt hec vitia· Profecto annexum est diuitijs vitium superbie·vitium vane glorie· vitiu⁹ dissolutōis·recollectionis impeditiue·vitium auaricie·et vniuersaliter vitium inordinate ocupiscentie·vitium quoq⁹ luxurie cum pluriū alioꝝ vitioru⁹ societate· Vis scire q̄ annexum sit diuitijs vitium supbie·Audi illustrem Benecam·Accepit inquit ille grandē pecuniam·ergo et supbiaz· Audi quoq⁹ et magnū patrem augustinū·Vermis inquit diuitiaꝝ est superbia·difficile est vt nō sit superb⁹ qui dives est·tolle superbiam diuitie nō nocebunt·Vis scire q̄ annexū est diuitijs vitiū vane glorie·Audi johānez os aureū·Vanitas inquit vanitatū et omnia vanitas ꝛc̄·Hunc versiculū si capent qui in potētia et diuitijs versantur in pietib⁹ omnib⁹ et in vestib⁹ suis scriberent in foro ·i domo·in ianuis·in ingressib⁹ et añ omnia in oscentijs suis vt semp eum oculis cernerent et corde sentirent·Vis scire q̄ annexu⁹ est diuitijs vitiū dissolutionis recollectionis impeditiue·Audi Bedam venerabilem·Familiaris inquit res est humanum cor opibus ac libertate dissolui·erumnis vero ac paupertate ad semetipsum recolligi·Deniq⁹ vis scire q̄ annexu⁹ sit diuitijs vitium auaricie·et vniuersaliter vitium immoderate concupiscentie· Profecto ꝑdoneos testes inuenies· quos tibi in proximo neptis mea indicabit cum quoꝝ dictis audire curato·Dicta quoq⁹ illustris Benece·Congeran² inquit in te quidquid multi locupletes possederant vltra priuatum pecunie modum· fortuna te auro tegat ·purpura vestiat· et ad hoc mod⁹ deliciaꝝ et opum te ꝑducat vt terram marmorib⁹ absondas nō tantum tibi habere liceat·sed calcare diuitias· Accedāt statue et picture et q̄d̄q̄d ars vlla luxurie elaborauit maiora

cupe ab his discęs. hec seneca. Et nonne magnum vitiū est qđ ex diuitijs oriť. scz talis insatiabilis ocupiscentie. Postremo vis scire q̄ annexū est diuitijs vitium luxurie cum pluriū aliorū vitiorū societate. Audi johannem os aureum. Diuitiarū inquit sequela est luxuria. ira intemperans. furor iniust⁹. arrogantia. superbia. omis q̄z irrationabilis mot⁹. Et ille johannes. Qui hac de causa alio ī loco sic dicit. Si possibile essz in diuites vindictam p̄cedere videres ex eis repleri carceres vniuersos. et cum omīb⁹ suis hoc malū habent diuitie. q̄ in malignitate peccantes ab vltionib⁹ eruunt.

V. CONSIDERATIO.

Quinta puella sic ait. O amice cur tristaris de diuitiarū carentia. forte estimas q̄ habenti sint bone aut saltez q̄ nociuū nō sit īpas habere. Et p̄fecto facile patet q̄ tu erras vtraq̄ intentione. Vis circa p̄mā intentionem scire q̄ diuitie saltē virtuti nil adiciant bonitatis. Audi illustrem senecam. Pone inquit ex vna parte virum bonum diuitijs abundantem. ex alia nihil habentem. sed in se omnia bene disponentem. Uterq̄ eque vir bonus erit etiam si bona fortuna dispari vtetur. hec ille. Rursum quo ad intentiōez aliam vis scire q̄ diuitie ñ mō nō sint bone et nociue. qđq̄ p consequens eis carere potiꝰ leticiam q̄ tristiciam debz inducere quem admodū infirmitate vel inimico carere. Audi boetianā dsolatricē Ego inquit nego vllum esse bonum qđ noceat habenti. Num id mētior. minime inquies. atq̄ diuitie possidentib⁹ p̄sepe nocuerunt cū pessim⁹ quisq̄ eoq̄ alieni magis auid⁹. quidquid vsq̄ auri gemmarumq̄ est se soluz qui habeat dignissimū putat. tu ergo qui nūc contum gladiumq̄ sollicit⁹ ptimescis si vite hui⁹ callez viatoz intrasses cozam latrone cantares. O p̄eclara opum mortalium beatitudo. quam cum adept⁹ fueris securus esse desistis. hec illa cuius et musa subiungit suo ī carmine. Heu p̄im⁹ quis fuit ille. auri qui pondera tecti. gemmasq̄ latere volētes. p̄ecioſa p̄icula fodit.

VI. CONSIDERATIO.

Sexta puella sic ait. O hō seculi cur tibi tanq̄ auaro tm̄ sapiūt diuitie mundi. cur non vis potiꝰ in religione christiana frater esse xp̄i. Vis scire q̄ dissimiliter tibi se habent ad diuitias fratres christi. Audi patrez clareuallis. Nō inquit putent diuites huius seculi fratres christi sola possidere celestia q̄z ea sola audiunt in p̄missione possident et terrena equidem tanq̄ nihil habentes et omnia possidentes nō mendicantes vt miseri. sed vt domini possidentes. eo p̄certo magis dñi quo min⁹ cupidi. Deniq̄ fideli homini tot⁹ mund⁹ diuitiarū est. totus plane. quia tam aduersa. q̄ p spera ipsius eque omia seruiunt ei. eque coopantur in bonum. ergo auar⁹ terrena esurit vt mendic⁹. fidelis otemnit vt domin⁹. ille possidendo mendicat. iste otemnendo seruat. Et ille pater.

VII. CONSIDERATIO.

Septima puella sic ait. Nonne aduertis hō q̄ multum esset difficile habere diuitias. et ñ cor apponere. dñte domino in euāgelio. vbi est thesaur⁹ tuus. ibi est et cor tuum. Sed periculosum valde est cor apponere. immo et mortiferum. corde em̄ spinis attacto necesse est hominem mori. Sz quid. certe affluentibus diuitijs cor apponere. similis quedam insania est ac siquis accurreret spinis et vsq̄ in tantum eas oplecteret² q̄ cor suum penetrarēt. quippe diuitie sunt spine teste saluatore. Cōtestante quoq̄ vicario ei⁹ gregorio. Quis inquit mihi vnq̄ crederet supple si x̄pi testimoniuz non p̄cederet si spinas diuitias interpretari voluissem. maxime cuz ille pungant. iste delectent. et tñ spine sunt. q̄ cogitationum suarum punctionib⁹ mentem lacerāt. et cum vsq̄ ad peccatū ptrahūt quasi inflicto vulnere. cruentant. Bñ igitur est mortiferum cor apponere. Vñ et ne hoc piculum incurramus p̄emunit nos dominus per os ꝑphe. Diuitie inquit si affluant nolite cor apponere. non dicit nolite manum apponere. sz cor nolite apponere. maior em̄ cura est sibi de corde a quo dependet interioris hominis vita spiritualis. sicut a corde carnali vita carnis. sme autem magno periculo potest man⁹ apponi spinis hui⁹ non ad eas manu oprimendum siue occludendum. sz ad mouendum p largitionem elimosinaꝝ apiēdo largam manum.

VIII. CONSIDERATIO

Octaua puella sic ait. O amice si spinarum ꝑabola p sororez me am audita te non mouet. dic saltem queso. Est ne bonum illis carere quib⁹ quis nō solum rumpit² discindit². sz etiam ominuitur. Est inquies omīno. Sz quid. Profecto p rez multitudinem tē poralium in quib⁹ diuitie ꝺsistunt. facile ꝺtingit interiorē hoiem sic quodāmō rumpi discindi et ominui. vt iam non integer spūs p̄seueret. Vis id intelligere. Audi magnuz patrez augustinuz. Quia inquit ab vno deo summo et vero defluxeram⁹ euanueram⁹ in mlta. discissi p multa. et inhērētes multis ꝛc. Ecce dicit euanueram⁹ in multa. discissi p multa. Nimirum qđ integrū manens euanescere non potest. vt integer lapis. integrum lignū. hoc bñ euanescit qñ ominuit². qđ vtiq̄ nostro ꝺtingit spūi siue corꝺi. ꝓpter tpaliū multitudinem. quoꝝ quolibet cor diuitis ad se trahēte iuxta illd. vbi est thesaur⁹ tu⁹. certe collect⁹ simul vel diuisus ibi est et cor tuuz sz etiā apud thesauri ptes. cor hominis diuitis dilaniat² et quasi ominuit² eo q̄ in multa diuidit². Nempe de diuitib⁹ illd psalmi dictū arbitror. A fructu frumti vini et olei sui multiplicati sunt. hec quidē dcta. vna supra de sodalib⁹ meis. sz in eadē q̄i materia plenius deduxit ac luculētius declarauit.

IX. CONSIDERA.

Nona puella sic ait. O amice si circa plātationem virtutū et bonorum operum fructum terrenarum diuitiarum impedimenta attenderes mirum hoc satis esset. si illas diuitias appeteres.

Vis ergo scire impedimenta que prestant. ecce sicut ꝫm naturales plā te nunq̄ aut rarissime generantur in locis arenosis. quia in eis viget siccitas ita et plātula iusticie et ceterarū virtutū virentes plā te raro generātur in cordib9 arenosis que auri arena sunt repleta quippe in comparatione sapientie oīe aurum arena est exigua. sed et in cordib9 illis est siccitas per priuatōz humoris interne deuotionis. ¶ Rursum sicut ꝫm naturales. arbor habens grossum corticem cito fit sterilis quod quidem accidit vel ꝓpter defectū vnctu osi humoris qui materia est fructuum vel ꝓpter duriciam corticis euaporationem grossi qđ in arbore est nociuum phibentis. Sic et homines qui sunt velut arbores. si ad modum corticis substantiaz arboris inuoluentis sint inuoluti seu terrenarum diuitiarū grossicie circumdati. a fructu bonorū opm steriles fiunt citiꝰ q̄ alij. vel ꝓpter defectum vnctuosi humoris. i. deuotionis i vnctōe spiritus sancti osistentis vel ꝓpter fortem ipsarum terrenarū diuitiarū oclusionem euaporare. i. euanescere phibentem grossas et nociuas interius pmaginatōnes non admittentes puras cogitationes et intentionem sanctam ex quib9 alijs posset osurgere in habentib9 fructꝰ bonoris et honestatis.

¶ X. CONSIDERATIO.

Decima puella sic ait. O mi frater karissime horror diuitijs virtutes preferas. Cur aūt hoc. Idcirco certe. quia nō diuitie que vti soror mea prefata est vitia pariunt. sed virtus habentem pficit et opus eius bonum reddit. Audi illustrem senecam. Nulla inquit possessio. nulla vis auri et argenti pluris q̄ virtꝰ estimanda. Ceterum ad virtutes diuitijs p̄ferendum attende qđ recitat venerabilis pater ieronimꝰ preclarum exemplū. Socrates inquit thebanus homo quondam claríssimꝰ cū ad pbandum athenas pergeret. magnum auri pondꝰ abiecit. nec putauit se posse et virtutes simul et diuitias possidere. ꝫ ieronimꝰ. Non solum igit̄ carendum est diuitijs. ꝫ sunt etiaz spnende atq̄ abiciende. nō tm̄ inutiliter. ꝫ i vsus pauperum meritorie ne virtutib9 obicem ponant. Euacuandum est cordis scrinium auro illo qđ arene opat̄ vt sit capax auri quo interioris hominis habitꝰ adornatur. juxt̄ illud psalmiste. Omis gloria filie regis. i. anime abintus in fimbrijs aureis. i. in finibus caritatis. Quippe finis precepti est caritas que etiam est illđ aurū ignitum. de quo in apocalipsi dicit̄. suadeo tibi emere aurum ignitum id est ignis diuini amoris elicitiuū. ꝫ et secundum glosam exodi p cathenulas aureas opꝰ caritatis significat̄. Forte dices. Quomō aurum harene opatum cordis scrinium occupabit. Profecto per fātasma suum melioris auri speciem non admittens. Audi archiantistitem ambrosium. Sicut inquit hij qui p insaniam mente transl̄ti sunt nō iam res ipsas ꝫ passionis sue fantasiam vident. Ita etiaz mens auro vinculis cupiditatis astricta spemp aurū. sp argentum

videt semper redditus computat·gratius aurum q̄ solem intuetur Ipsa eius oratio et supplicatio ad dn̄m aurum querit·sed nec satietas vnq̄ nec finis aderit cupiditatis·hec sanct⁹ ille antistes.

XI·CONSIDERATIO.

UNdecima puella sic ait·O karissime cur appetis diuitias tanq̄ amasias· virtutem preelige tanq̄ sponsam cui nimirum infeste sunt diuitie·nam dum esse deberent pedisseque·querunt esse pr̄cipales et virtutes supplantare· Si igitur virtutis sis amator ne tam oturberis diuitiarum ex carentia·vex. potiꝰ ipsas spernas tā q̄ pedisequas tue non satis ꝑdoneas dignitati· Memineris sectari salubre illd̄ ciceronis documentū rationis nō vacuum·plenūq; vtilitatis pariter et honestatis·Diuitias inquit sine diuitum esse. Tu vero virtutem p̄fer diuitijs· nā si volens diuitias cum virtute ꝓparare vix satis ꝑdonee tibi videbunt·diuitieq; virtutis pedisseque sint·hec ille·

XII·CONSIDERATIO

OVodecima puella sic ait·Tu frater qui diuitias amas scito te tanq̄ fatuum amatorem excusatione vel probabili indigere Siq; tibi aliquid ad hoc suffragatur hoc solum videtur vt vel non egeas aut quatenꝰ subuenias indigenti·motus sc̄z quantum ad hoc sm quemadmodu hō ille gentilis arestotiles qui dixisse fertur q̄ solum hoc incommodum pauptatis pateret q̄ nō possz indigentib⁹ subuenire·ꝓpter primuz aūt si appetas non oportet· Nam et diuitias hns egere non desinis·Siquidem diuitie dum augentur piter et auaricia augeri solita est·Auaro aūt tam deest quod habet q̄ qd̄ nō habet·Nunquit nō ita·fatere necesse est·hoc em̄ vulgata ac ꝓbatissimi viri venerabilis ieronimi ꝓbat autoritas·Quid vero ex hoc plane sequitur q̄ tanq̄ auar⁹ fact⁹ egeas si eas quas appetis habere te attingat diuitias·nec minus q̄ illas nō habendo·Hoc etenim testat² tulliana illa sententia qua dicitur· egens eque est is qui non satis habet et is cui satis nihil potest esse·Porro si diuitias appetas ꝓpter subuenire indigenti frustra toxqueris·habent nā q; indigentes qui absq; te possit velitq; subuenire in domino si cō fidant·Ecce iacta inquit psalmista cogitatum tuum in dn̄o et ipse te enutriet·

XIII·CONSIDERATIO

TErciadecima puella sic ait·O amice cur frustra diuitias· ac ꝓ inde nō necessarias appetis pecunias·Tu em̄ vel acceptas vt auar⁹ retineres vel ipsas vt liberalis in alios transferres·Si qui dem transferres·translatus ip̄is quantum ad diuitiarū pertinet rationem iam diues nō esses·frustra ergo ip̄as desiderasses hanc ob causam vt diues esses·cum te ip̄e mox relinquerent·manere nanq; nequit apud quen q̄ qd̄ mox transfertur in alteruz· Porro si vt auarus ip̄as retineres diuitias hoc malum non euaderes quin exosus

redderentis. Siquidē vt illa boetiana testata est ydolatrix. Auaricia semp exosos facit. Sz quid. Nonne melio est nō necessaria pecunia carere q̄ habitam retinendo ꝓpter auariciā exosum esse. Est vtiqz exosus em̄ illo priuato est bono qđ omēs homines natura desiderant. s. amari ab alijs presertim a multis et magnis sapientibus et discretis.

XIIII. CONSIDERATIO.

Quartadecima puella sic ait. O cur hō tm̄ diuitias curas que ingerunt curas temetipso te priuantes. Audi magnuz patrē augustinū. Venditis inquit rebo nostris nullū maio eaz accepimus precium q̄ nosipsos. implicati em̄ talibo nostri nō eramo. hec ille pater. Ne ergo erremo imaginatiue virtutis iudicio. diuitias ac q̄ qz alia externa bona magnipendentes ad certissimū rationis iudicium appellemo. Audi illustrem Senecaz. Ratio inquit arbiter est bonoz et maloz aliena et externa p vilibo habet. oīe illi bouū in animo est. Idemqz itidem. Huc inquit cogitatōs tue tendant. Ḳ cura. hec opa. oia alia deo vota missuro vt otentus sis temetipo et ex te nascentibo bonis. Hinc rursum seneca sic ait. Si otento est sapiens ad beate viuendū non ad viuendū. ad hoc em̄ rebo multis illi opo est. ad illud tm̄ animo sano et erecto despiciente fortunaz Hec huio viri gentilis verba sane capienda sunt. quatenō ad contemptum terrenoz ꝓuocant et fides pmiserit xp̄iana. Sed et p̄dictis dicta repio osimilia. Legi² nanqz de crate thebano q̄ magnū pondo auri in mare precit dicens. Abite pessime diuitie. ego vos mergam ne ego mergar a vobis. De stilbone autez magistro eio et de Bpa prieneo p neptez meam inferio exemplaria verba consimilia recitantur.

XV. CONSIDERATIO.

Quintadecima puella sic ait. Vt quid frater tam anxie tristaris ꝓpter carentiam diuitiarum. cum p̄starent tibi si essent tam notabile impedimentum. Nōne dixit saluatoz discipulis suis. Amen dico vobis. qz diues difficile intrabit in regnū celoz. Facilio est camelum p foramen acus transire q̄ diuitem intrare in regnuz celoz. Verz saluis alijs declaratōibo de oparatōe diuitis ad camelum videt² posse dici. q̄ sicut camelo miraculo transire potest foramen ac o. sic et diues intrare celū. sz cum grado sint in miraculis. maioris virtutis operatio ad scām requiritur q̄ ad primū. Nimiruz camelo mino videt² prestare obstaculū. p curuum gippum corpis q̄ diues p curuitatem mētis ratione sui ad diuitias recurui amoris Sane difficile posse diuitem intrare qualiter sit intelligendū venerabilis pater ieronimo nobis sic declarat. quia inquit ipse diuitie habite difficile contemnuntur. non dixit impossibile est diuitez intrare in regnum celoz sed difficile. vbi difficile ponitur. non impossibilitas pretenditur. sed scias q̄ ibi raritas demonstratur.

Hec ille. et bene certe. Rara est em̄ auis infra nigro cigno vł albo corvo simillima psona diues contemnens terrena. forsan aūt quis inquiet. Est ne alip ex doctoribp qui de verbis domini nos informet. Est quidem. sz nō minp durp. Audi illum theophilum. Attendas inquit illō qō diuitem quidem impossibile dicit saluari. possidentem vero diuitias difficile. quasi dicat. Diues qui captus est a diuitijs et famulatur eis. non saluabitur. habens vero illas. s. qui eis dominatur vix saluabitur. causa humane fragilitatis. conatur em̄ nos dyabolp supplantare quoadusqz possidempz diuitias et difficile est effugere muscipulas eius. hec ille. Quid ergo. Nunquit hoc qō saluari diuitem dictis obstantibp muscipulis tam rarum et difficile est. nō multum piculosum est. Est omino. Sz audi illustris Senece otra hoc piculum sanum osilium. Omnia inquit illa nobis accedant non hereant. vt si auferant se me ulla nostri laceratōe discedant. Vtamur illis nō gloriemur. et vtamur pte tanq̄ depositis apud nos. hec ille.

XVI. CONSIDERATIO.

Sextadecima puella sic ait. O homo ad spernendū diuitias moueat te q̄ hec cause ꝓpter quas forsitan appetunt nō sunt ad mouendum satis digne. Forte em̄ diuitias appetis ad vitandum laborem et dolorem. Forte diuitias appetis ad osequendum omoditatem. Forte diuitias appetis ad fugandū pauptatem. Forte diuitias appetis ꝓpter tuum heredem. Forte diuitias appetis vt p eas domin̄ existas. Forte diuitias appetis vt magnam comitiuam habeas. Forte diuitias appetis vt p eas regnum obtineas. Forte diuitias appetis tanq̄ osistentes in rebp preciosis. Deniqz forte diuitias appetis tanq̄ alias osistentes si nō in preciosis. tm̄ in rebus bonis. Sz quid. Profecto quacunqz harum causarz ad appetendū diuitias mouearis illustriū virorz autoritatibp errare diuinceris. Vis scire q̄ tu erras. si diuitias appetis ad vitandū laborem et dolorem. Audi de labore patrem clareuallis. Sudat inquit paup foris in ope. sz nunquit minp anxie diues intp in sua cogitatione laborat. De dolore quoqz audi illustrem senecam de diuite loquentem. Iste inquit quem tu felicem admirantibp credis sepe dolet. sepe suspirat. Vis scire q̄ tu erras si diuitias appetis ad osequenduz omoditatem. Audi quid jobes os aureū circa hoc sentiat. Nulla ē inquit diuitiarum commoditas anima patiente penuriam nec lesio pauptatis anima diuitijs affluente. Vis scire q̄ tu erras si diuitias appetis ad fugandū pauptatem. Audi quid circa hoc sentiat illustris seneca. Si inquit ad naturam viues nunq̄ eris paup. si ad opinionem nunq̄ eris diues. exiguuz natura desiderat opinio immensuz. hec ille. cui et ocorrdat de natura illa Boetiana osolatrix. Paucis inquit minimisqz otenta est natura. Audi quoqz et magnum patrez augustinū. Aurū inquit amplip cruciat apud quē largip fuerit

aurꝝ amanti se nihil de sua possessione ꝓmittit·refundit ei reatum suum cui vsum negat·Audi etiā johannem os aureū·Si inquit diteſcentis iudiciuꝫ est nullius egere et paupereſcentis indigere palam est ꝙ magis esse pauperem·facit magis diteſcere·Facilius ēm quis in ꝓpertate ꝙ in diuitijs opes contemnet·neqꝫ enim talis est ambitꝰ vt per magis habere·ſedetur·ſed per hoc conſueuit magis accendi·ſicut ignis quando ſuſcipit eſcam·que autem mala videntur esse inopie coꝛa ſunt·que vero diuitiarum ꝓꝛia ſunt earum Hec ille johannes·Vis ſcire vlteriꝰ ꝙ tu erras·ſi diuitias appetis ꝓpter tuum heredem·Audi illuſtrem Senecam·Quanta inquit dementia est heredis ſui res ꝓcurare et ſibi omnia negare·magna enim hereditas ex amico inimicum facit·plus enim gaudebit moꝛte tua quo plꝰ accepit·Vis ſcire ꝙ tu erras ſi diuitias appetis vt per eas dominus exiſtas·Audi itidem Senecam illuſtrem·Iſte inquit quem dominum exiſtimas pecunie locus est·multa habet·ignoꝛas vtrum auarꝰ an ꝓdigus·ſi ꝓdigꝰ ñ hēbit·ſi auarꝰ non habet·hec ille·ex hoc et tu conſidera quale tibi dominiuꝫ diuitie conferent ſi coꝛ tuum vel archa locus pecunie eſſet·vel eniꝫ non haberes dominium ſi auarus·vel non duraret dominium ſi eſſes ꝓdigus·Vis ſcire ꝙ tu erras ſi diuitias appetis vt comitiuam magnam habeas·Audi rurſus ꝓdictum illuſtrem de diuite loquentem·Iſte inquit quem tu felicem admirantibus credis multi illum comitantur·mel muſce ſequuntur·cadauera lupi·frumenta foꝛmice·ꝓdam ſequitur iſta turba non hominem·Vis ſcire ꝙ tu erras ſi diuitias appetis·vt per eas regnum obtineas·Audi itidem Senecam fabricius inquit pigri regis aurum repulit maiuſqꝫ regno iudicauit·regias opes poſſe ꝛtemnere·Audi quoqꝫ et alexandꝛi regis ꝓceptoꝛeꝫ areſtotilem loquoꝛ·O inquit alexander noli appetere qđ est coꝛruptibile et tranſitoꝛiū et qđ opoꝛtet te cito relinquere·para diuitias incoꝛruptibiles·Vitam immutabilem·regnum eternū·durabilitatē gloꝛioſaꝫ·hec ille·Vis deniqꝫ ſcire ꝙ tu erras ſi diuitias appetis tanq̄ conſiſtentes in rebus tuis et ꝓcioſis·Audi patreꝫ clareuallis·Eilij inqt adā genꝰ ambicioſum et auaruꝫ·audite quid vobis cuꝫ terrenis diuitijs et gloria tempoꝛali que nec vere nec veſtre ſunt·Aurum et argentuꝫ nōne terra rubea est et alba·quam ſolus hominum erroꝛ facit aut magis reputat ꝓcioſam·Deniqꝫ ſi veſtra ſunt hec·tollite ea vobiſcū ſed homo cum interierit non ſumet omnia·Vere ergo diuitie non opes ſed virtutes ſunt quas ſecum conſcientia poꝛtat vt in eternū diues fiat·Hec ille pater·Sed et audi illum yſidoꝛum·Apud antiquos inquit prioꝛ eris ꝙ ferri cognitus vſus ere·quippe ꝓius ꝓſcindebant terram·ere certamina belli gerebant·eratqꝫ in ꝓcio magis es·Aurum vero et argentum ꝓpter inutilitatem

reiciebantur nunc versauice iacet es · aurum summo cessit honori · Sic voluenda etas omutat tpa rerum et qđ etiam preclo fit deniq; honori nullo Rursum de preciositate diuitiarꝝ · Audi boetiane dsolatricis claram sententiam etiam superiꝰ tactaꝫ · Diuitie inquit ne vel vestra vel sui natura preciose sunt · Quid eaꝝ potiꝰ · Aurum ne ac vis ogesta pecunie · Atq; hoc effundendo magis q̄ coacernando meliꝰ nitent · Siquidem auaricia ſemp odiosos claros largitas facit · Quod si manere apud quenq̄ nō potest qđ transfertur in alterꝝ · tunc est preciosa pecunia cum translata in alios largiendi vsu desinit possideri · At eadem si apud vnū quanta est vbiq; gētium congeratꝫ ceteros sui inopes fecerit · et vox quidē tota pariter multorum replet auditū · vestre vero diuitie nisi ominute in plures transire non possunt · Qđ cum factum est paupes necesse est faciant quos relinquūt · O ergo angustas inopesq; diuitias quas nec habere totas pluribꝰ licet et ad quemlibet sine ceterorꝝ pauptate non veniunt · hec illa · Postremo pesus erras si diuitias appetis tā q̄ dsistentes in rebꝰ bonis · Hoc em̄ illustris Senece sermone pulcerrimo improbatꝫ cuius verba et sententiam sorori mea superiꝰ fideliter recitauit.

¶ Capitulum secundū otinens cōsolationes super carentia lucri tempoalis.

SEcundo post premissa ad dn̄am dsolatricem supradictam accessit et aliꝰ tristis de carentia lucri tpalis g̃uiter conquerendo · At illa eidem p consolatione duas de suis puellis assignauit.

¶ I. CONSIDERATIO.

PRima puella ad predictum tristem sic ait · Dic queso mihi cur tristaris de carentia lucri tempalis · Dices forte · qz lucrando acquiruntur diuitie que leticiam dferunt vel saltem egestatem excludūt · Bz tu frater pbatis viris et exptioribꝰ crede · ppie quoq; experientie et intelliges pculdubio te errasse · Procedat primo in medium magnꝰ pater augustinꝰ · et audiatꝫ quid dicat · Cū inquit acquiruntur diuitie falsam leticiam tribuunt · et cum perduntur veram tristiciam · istas diuitias inustum est putare diuitias que non auferunt egestatem · tantum enim vnusquisq; ardebit auaricie quā tum magis eas diligens maiores habuerit · quomodo ergo sunt diuitie quibus crescentibus crescit inopia · que amatoribus suis q̄ntum fuerint ampliores non afferant societatem sed inflant cupiditatem · Vnde bene quidam sapiens dixit · Crescit amor numi quantum ipsa pecunia crescit · cum pecunia enim incrementum recipit · rabies cupiditatis augetur · Hec magnus pater · Sed quid sequitꝫ · Sequelā rei huiꝰ dsidera ex dicto pris clareuallis · Diuitiarꝝ inq̄t amor insaciabil̄ · lōge āpliꝰ desiderio torquet aiaz q̄ refrigeret vsu suo vtpote q̄ꝝ acq̄sitō laborisq; possessio timorisq; amissio plena doloris

hec ille pater. Sed et mercatoꝝ qui lucrari querunt ꝑpria expien tia idē docꝫ. his nihilomiꝰ adhuc libet adicere verbū ipiꝰ senece Quid inquit refert quantū illi in archa quantum in horreis iace= at. si etiam alieno inhiet si non quesita. sed querenda cōputat. non em̄ paup est qui minus habet. sed qui plꝰ cupit nec qui plus habꝫ sed qui minꝰ cupit diues est. Concordat huic ciceronis sententia Egens inquit eque est is qui non satis habet. et is cui satis nihil eſ se potest

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. O karissime nescis ꝙ lucrari opꝰ negoci ationis est quam plerisqꝫ ostat esse interdictam quibꝰ ꝑculdu bio multo meliꝰ est lucro carere q̄ ipam negociationem exercere. Vis scire quare. Ecce negociatores nō paucioribꝰ q̄ paulꝰ patent periculis. Quibꝰ inquies. Profecto piculis fluminum. periculis latronum. piculis in ciuitate. piculis in solitudine. piculis in ma ri. piculis in falsis fratribus scilicet in socijs vie se tradentibus. Suntqꝫ et in labore et erumna. in vigilijs multis. in fame. et siti. i ieiunijs multis. in frigore. et nuditate. ſꝫ et pericula iferni inueni unt eos. Nempe teste ihū filio syrach. Difficile exuitur negocias a negligentia. et sequit² iter medium emptionis et venditionis an= gustiabitur peccatis. Sed quid ꝑdest homini si lucret² vniuersum mundum. anime aūt sue detrimentum patiatur. aut quam dabit ho mo commutationē pro anima sua. Lucra itaqꝫ que vix vnq̄ sine pec cato fieri cōsueuerunt nonne spernenda sunt tibi exemplo aposto= li tanq̄ vilia. Audi ipsum apostolum. que inquit mihi fuerunt lu= cra hec arbitratus sum propter christū detrimenta. ꝓpter quem de trimentum omnia feci et arbitror vt stercora vt christū lucrifaciaꝫ

Capitulum tercium otinens ɔsolationes super pecunie vel alia rum rerꝫ temporalium perditione spoliatōe siue quorūcūqꝫ dāno rum illatione.

Tercio post premissa ad dñam consolatricem sepedictā accessit et alius tristis ꝓpter materiam premissi capi= tuli perturbatus querens ab ea cōsolari. Cui illa hu= ius rei gratia mox de suis puellis septem deputauit.

I. CONSIDERATIO

Prima puella sic ait. O homo qui de perditione ɔristaris. Dic queso mihi quid ꝑdidisti. Forte em̄ res illas quarū deplorас amissionem. non semper habuisti. Nunquit statum perditus semper habuisti. Nunquit officium perditum semp habuisti. Nunquit vxo rem vel maritum aut talem vel talē amicū semper habuisti. Nunqt talem domū castrum vel villam aut tales possessiones semper ha= buisti. Certe n̄. et quia n̄. hocip̄m te poterit ɔsolari. Audi egregiū patrē gregē. Magna inqt ɔsolatō i rerꝫ amissiōe illa tpa ad mentes

intuetur ꝙ aliqñ illa nō habuit dolorem tpet ꝙ amisit.

II. CONSIDERATIO.

Secūda puella sic ait. hō bone si nō bōa tuo sunt iudicō quoꝝ pditio te pturbat. cur gō querularis. cū nulla tibi cā sit querulandi. Si vero bona iudices. sunt ctra te ꝓculdubio te maiores ctrariū iudicātes. Audi senecā illū illustrē. Sulbon inquit capta patria amissis liberis. amissa vxore. cū ex incēdio publico solus et tñ beatꝰ exiret interrogāti demetrio. nūquit oīa pdidisꝫ rñdit. Nihil inqt pdidi. oia mea mecū sunt iustitia. virtus. ꝓudentia. nihil em̄ bonū putare potuit qđ eripi possꝫ. Audi et aliū referētē ꝺsimile Valeriū maximū loquor. Byas inquit cū patriā eaꝰ hostes inuaderent oīm ꝓciosaꝝ rerꝝ pondere onustis fugientibꝰ interrogatꝰ quid ita nihil ex bonis suis secū ferret. Ego certe inquit bona mea omnia mecū porto. pectore em̄ illa gestabat. nō humeris. nō oculis videnda alias visenda sed aīo estimāda que domicilio mentis iclusa nec mortaliū nec deoꝝ manibꝰ labefactari queunt. et vt manentibꝰ ꝑsto sunt. ita fugientes nō deserūt. Audi rursuꝫ et archian tistitez ambrosiū. Nō sunt inquit bona hominis que secū ferre ñ ꝑt

III. CONSIDERATIO.

Tercia puella sic ait. Nescis hō ꝙ multū est auarꝰ cui deꝰ non sufficit. Sicut igitꝫ auarꝰ merito ꝑt ꝺ sua auaricia verecūdari maxime qñ scitꝫ. Ita et bonꝰ hō merito verecūdari possꝫ ꝑsertim coram boīs si tanꝙ deo nō ꝺtenti. ac ꝙ oñs auari turbatōꝫ eaꝰ aduerterēt ex rerꝝ tpaliū amissiōe. esset em̄ signū ꝙ nō deū pure diligeret Oīs quippe dolor venit ex amore. dolor itaqꝫ de tpalis alicꝰ amissiōe ex eisdē venit tpalis amore. Bonꝰ igitꝫ hō de amissione tpaliū nunqꝙ ꝺqueri seu turbari. sꝫ hoc debꝫ ꝺqueri ꝙ ꝺqueri² et amissiōis cā tpalium. adhuc in se turbatōꝫ expit². quēadmodū hō qui nōduꝫ est celestis sꝫ terrenꝰ. Nunqt nō ita. ꝑfecto sic. Nēpe ignis in sua spera calidissimꝰ corpi celesti immediate ꝺiūctꝰ est sub eo existēs sme medio. et tñ nequaqꝙ tangit phisice ipsum celum. quomō ergo sperabit hō vel audet ꝑtendere ꝙ ipe de numero sit celestiū hoim seu bonorum si cor suum adhuc tangitur amissione rerum tpalium tam paruarum

IIII. CONSIDERATIO.

Quarta puella sic ait. Amice karissime. Tu de pecuniaꝝ doles pditione seu ablatōe. sꝫ potiꝰ ganderes qm̄ cū eis l' in anima pire potuisses. Audi illustrem Senecā. Oīa inquit pdidisti cū omnibꝰ pire potuisti. noli ꝺqueri ꝙ incideris. gaude ꝙ euaseris. qui se habet. nihil pdidit. ꝟ ille. Vñ ergo doles. de pditōne si nichil pdidisti quemadmodū hic supponit. Sꝫm cuius sententiā nullum veruꝫ damnū incurristi. sic em̄ ait. vir iste illustris. Nihil pdit qui se habet. circūspice ista que cū plurimis lacrimis amittim̄. scias nō damnū in hijs esse molestū. sꝫ opinionē damni. pecuniā minorē habebis. nempe et molestiam. gratiam minorem. nempe et inuidiam

minorem sz etiam habebis.

V. CONSIDERATIO

QVinta puella sic ait. O karissime ō pdiōne ꝺristaris. gaude ꝙ inter perdita teipsum non inuenis. sed illa potiꝰ forte quibꝰ cruciabaris. Audi illustrem senecam. Pecumā inquit pdidi. forte fassis te illa pdidisz. pecuniam pdidi. o te felicem si cū illa auariciam pdidisti. Sed si manet illa apud te. es tanto felicior quo tanto malo subducta est materia. omnia pdidi. sed cum omnibus perire potuisti. cogitas ꝙ perdideris. sed non ꝙ euaseris. hec ille illustris. Sed nonne est melius pecuniam vel alia temporalia et cum illis etiam auariciam pdidisse q̄ in periculo perditionis suiipsius mansisse. Audi ad hoc et alia verba illustris eiusdem. pecuniam inquit perdidi et illa q̄ multos. eris nunc in via expeditior. domi tutior. exonerauit te fortuna si intelligis et tutiore posuit loco. damnum putas. remedium ē. defles miserz te. clamitas ꝙ operibus excussus es. tuo vitio ista tibi iactura tam tristis est. non taz moleste ferres. si tanq̄ perditurus habuisses.

VI. CONSIDERATIO.

SExta puella sic ait. O amice si dammuz ꝺisideras tanq̄ malū et inde ꝺristaris mox vt consoleris consideratione adicias. ꝙ p tempale damnum dñs ad bonum cogit testante venerando volumine decretorz. quod quidem volumen insuper contestatur ꝙ piissimi rectores reputantur qui in graui scelere damnorum ammonitionibus ad bonum redire cogunt. quod profecto bonum habere multo est melius q̄ damno carere. O igitur felix damnum quod conuertitur in bonum. nempe ex hoc et ipsum sortiri rationem boni non est dubium. Scias insup pro certo damnum et incommodum sme commodo non esse. Nimirum sicut szm sanctos et phos n̄ est dare purum malum. Ita nec est dare in temporalibꝰ purum dānum. Si itaqz centum marcas auri perdidisti memor esto scripture que sic dicit. In die malorum ne immemor sis bonorum. Vnde si tristaris de perditione totius auri. de bono consoleris quod secutum est inde vel quod etiam esto ꝙ te lateat inde poterit sequi. cum em̄ dictum malū non sit purum. cogita hoc vel implicite pro meliori tuo factum esse. Vtiqz pro meliori. quia pro merito vite eterne per virtutem patientie circa materiam perditionis exercende. quo quidem merito et exercitio multos homines oportet carere. Rursum consoleris in bono qōcunqz sit illō quod deus intendit in illa perditione. nimirum talis est dei prouidentia ꝙ non smeret fieri malum nisi inde eliceret bonum. Deniqz consoleris in bono qō pditio totiꝰ auri suppōit. quid em̄ habes qō nō accepisti. supponi² gº dei donum a quo accepisti illō aut quod donum erat diuine dilectōis

signū vtiq3 exist̄s adhuc dsolatoziū· quēadmodum si rex militem ex magna amicicia sec̄ vestiret vl̄ sibi anulū suuz daret·quā velt̄ vel anulum mox fur subtraheret· nequaq̄ miles tantuz tristaretur de furto quantum actu ess3 dsolat9 de dono regis p̄terito· vtpote p̄esenti atq3 durabili fauoris ei9 signo·¶Vex si p̄tem puta de c̄ tum marcis·xl·p̄didisti·memoz sis bonoꝝ·i·residuoꝝ·lx·quas re tinuisti·Si enim de·xl·p̄deritis tantummod cogitares conuertendo te ad damnum de ipso ymaginando·et quasi cum damno mutuum habendo colloquium turbari et desolari te foꝛsitan opoꝛteret Si vero ad·lx·adhuc habita te conuerteres et a·xl·te auerteres· q̄i eis nō faciez·s3 tergū p̄bendo·ymaginādo scilicz de·lx· tantum et quasi cū ip̄is mutuū habendo colloquiū·cām dsolatōis haberes haut dubiū·Dꝛesertim cogitando q̄ multa milia hoīm sunt quoꝝ smguli si marcas auri vl̄ argenti·lx·quot tu habes etiā haberent· multum dsolarent² et se p̄pter illas dominos reputaret·Postremo cogitare et deo poteris merito regratiari·q̄ amissuz qđ tanq̄ mutuum ab eo accepas tanto tpe ab ipo habuisti· et q̄ totū nō abstulit s3 magnā p̄t̄ tibi dimisit·Vide ꝟ in simili·Siqs em̄ tibi tunicā cursetum et palliū dcessisset et palliū rehb̄e vellet·multū de hoc gaudere et ei ob hoc regratiari haberes q̄ in magno frigoꝛe et otra illud tunicaz tibi et cursetū reliquiss3 ¶VII·CONSIDERA·

Septima puella sic ait Cur hō de dāno tā dquereris vtpote magnanimo dissimilis·Vilissima em̄ quedā sunt in quib9 damnificari videris cū t̄n p̄pie nō possis·Illa nāq3 n̄ sunt tua que si vsurpaueris nociua sunt et vilia·Sūt aūt et quedā alia que tua sunt·s· quarundā copie rex in quib9 si sapienter te habueris nullatenus damnificaberis·s3 magis damnificare te volentes deridebis· Vis scire q̄ smt hoꝝ p̄ma·Dꝛofecto aurū et argēt̄ū et vnieursaliter pecunia·Q3 em̄ hec nō smt tua· de quaꝝ tibi p dsequens tanq̄ alienarum a te rex p̄dition̄e tristandū nō est·hoc soꝛoꝛ mea p̄z9 diluc̄ide p̄docebat·Q3 hec etiā smt nociua vtpote respectu dei hominis impeditiua·de hoc audi venerabilem ieronimuz de clerico sic loquent̄·Si inquit auꝝ·si argentū·si possessiones·si vanā suppellectilem habuerit cū istis p̄tib9 dñs nō digna² fieri p̄s ei9·Q3 hec etiam smt vilia·testat² illustris seneca· Dimitias inq̄t putas aurum et argentū·ludibꝛia sunt foꝛtune qui et alibi sic dicit·Pecuniā habueris necesse ē vt teip3 aut pecuniā vilē hēas·ecce dicit vt teip̄m puta si tibi dñetur·dicit aut pecuniā puta si sibi dñeris·dicēte ipo Seneca·Pecunia si vti scias ancilla est·si nescias dña· Dꝛoꝛo que secūda smt p̄missoꝝ·vis hoc scire testimonio fidedigno·Audi Boetianā dsolatricē ip̄m illustrē boetiū sic ō numeroso quodā pessimorū exercitu·ō q° alias facta ē mētio alloquēt̄·Qui inq̄t supplex ercit9 si qñq3 otra nos act̄ē struēs valēcioꝛ icubuerit·nr̄a q̄dē dux copias suas i arcē trahit·illi vo ēca diripiēdas inutiles sarcinulas

occupant⁹. at nos desup irridem⁹ vilissima rex queq; rapientes se curi toti⁹ furiosi tumult⁹. eo ꝙ vallo muniti q° grassanti stulticie aspirare fas non sit. hec illa.

¶ Capitulum quartum otinens dsolationes super rerum in terris amatarum ablatione seu priuatione.

QVarto post premissa ad dñam dsolatricem sepius memoratam accessit et ali⁹ tristis de reruz in terris amatarum priuatione turbatus querens per eam dsolari: At illa sibi opatiē ad dsolatōz ei⁹ duas de suis puellis satis ydoneas dputauit ¶ I. CONSIDERA.

PRima puella sic ait. Cur hō ex hoc tristaris ꝙ rebus priuaris amatis in terris. puta forsan auro et argento aut terreno thesauro. Siquidem p amorem res amate ipsi amanti quodāmō incorporantur. et nōne in magnū piculum. Nimirum harenosi multum cruciant⁹ p harenā sibi incorpataz. Sz quid. Certe p philonem doctissimū. Ome aurum harene opat⁹. Nec putet quis ꝙ harena talis cum minori difficultate ꝙ harena alia ab eo cui p amorē incorporata est euelli valeat sz magis quasi p fiscum frequenter sic adheret ꝙ nō sine amātis laceratione discedit. Rursum quis nō de luto sibi incorpato se gauderet euacuari. presertim de hūano stercore. maxime ingrossato et indurato qđ intolerabilē induceret viscez lacerationem. Sz quid. Profecto sm p̄dictū philonē lutū estimabitur argentū qđ nec sm apostolū stercoz opationē euadit. vbi vniuerr saliter de lucris que sunt sme xp̄o sic dicit. ꝓpter quē scz xp̄m detrimentum inquit oia feci et arbitroz vt stercora. et nōne hec ingrossata et indurata internoz viscez laceratione inducūt. qñ scz viscera mſericordie omouēt⁹ et tñ a dictis stercorib⁹ ꝓpter grossiciē eorū et duriciā ñ euacuātur. nimirū quāto illa maiora sunt. tanto magis difficulter ab homine sepant⁹. ¶ II. CONSIDERATIO.

SEcunda puella sic ait. Scias frater ꝙ rerum ablatio seu priuatio in terris amatarz magnū fructum parit. hoc nempe sub metaphora ipe saluator innuebat cum dicebat. Omem palmitē i me nō ferentez fructū tollet eū. et omez qui fert fructum purgabit vt fructum pl⁹ afferat. Purgabit inquit pater me⁹ p̄scindendo scz illa que fructū nō portāt vt vinea magis fructificet. Sz quid vinea Profecto p vineā coz hūanum apte intelligit⁹. sicut em̄ humor totam facit fructificatōz vinee vl arboris. ita et amor totā fructificatōz cordis et sicut viniator a vinea sua solet rescindere exteriora quedā supflua ad hoc ꝙ humor remaneat apud ramos qui p fructu reseruant⁹. Ita celestis pater qui agricola est manu sue potentie cultro discretōis ad magnū bonis bonū et fructū bonorz opum rescindit hoc psepe qđ homo nimis amabat in hoc mundo vel ista exteriora priuādo eis ad hūc finē vt humor cordis tui se retrahat infra terminos ꝓprios se restrīgat. de⁹ em̄ nō vult ꝙ tui amores.

ab eo nimis se elongent· pcesertim ad terrena· Vult pfecto q̄ hō iam celestis fact⁹ deum pure diligens et que sursum sunt sapiens minimam curam habeat de his que super terram·Demum sancti viri reb⁹ amatis etiā licitis se pciuare solent·Rudi egregium verbuz gregorij· Habent inquit sancti hoc pprium nam vt sp ab illicitis longe sint a se plerumqz licita abscidunt·

¶ Capitulum quintum omnens osolationes super penuria et necessarioꝝ in victu et vestitu indigentia·

QVinto post pcemissa ad dñam osolatricem pcefataz ac cessit et ali⁹ tristis querens super materia pcemissi capituli consolari cui illa p consolatione duas de suis puellis adiunxit. ¶ I·CONSIDERATIO

PRima puella sic ait·O homo non turberis de penuria que pcecedit·habebis em̄ manna qō succedit·an non spandum est h⁹ christicolis·qm̄ de populo israhelitico simile reperitur cui in deuteronomio dictum esse scriptura omemorat Afflixit te inquit penuria et dedit tibi cibum manna et sequitur·domin⁹ de⁹ tu⁹ introducet te in terram bonam terram frumenti ac vinearum in qua ficus et malogranata et oliueta nascunt² ·terrā olei ac mellis vbi absqz penuria comedes panem tuum· et rerum omnium abundantia perfruens·Bz dices forte·Nunquit istud implebitur in futuro tantūmodo vel etiaz in presenti·Scias q̄ implebitur in futuro si nō formaliter in rebus iam expcessis tamen quantuz ad potentias superiores nedum equiualenter sz supereminenter·quantum aūt ad potētias sensitiuas si non per immutationē a rebus ipsis factam· tamē impleri poterit p species influxas put liber quidaz de delicijs paradisi manifestat·Rursum qō p̄mittit² implebit² etiā in pcesenti vel per maiorē q̄ res ille expcesse oferant delectationē fruct⁹ spūalis vel equiualēter siue p species miraculose cibis appositas· quēadmoduz virgo beatissima legit² paupm fratrū scutellis pulueres delectabiles imisisse·siue in augmēto appetitus grosso pane et aqua sumptis pl⁹ nature paupm oferētis q̄ diuitib⁹ p̄missa omnia i sua oferant forma nō habentib⁹ tam intensuz appetituz·Ita q̄ hoc qō amittitur in victualib⁹·recuperat² in augmento siue auiditate appetit⁹·Deniqz ad min⁹ impletur p sustentatōis necessitate etiaz si nō aliter in hac vita·Sane h⁹ rei impletōez is sperare bz qui vice uersa implet dei voluntatem·cui⁹ executionē xp̄c sibi p cibo deputat·me⁹ inquit cib⁹ est vt faciam voluntatem ei⁹ qui misit me·qui ergo sibi in hoc cibo omunicant tanq̄ serui domestici scientes et implentes voluntatē dñi sui·nō est mirꝝ si illis impletur qō de victu pcemittit² et pmittit² ·De talib⁹ quippe seruis dei i opatōe ad alios qui dei voluntatē implere nō curant loqui videt² dñs p filium amos·Ecce inquit serui mei omedēt et vos esurietis·ecce serui mei bibent et vos sitietis ·Ecce serui mei letabunt² et vos ofundemini

ecce ſẽm mei laudabunt p̄ exultatione cordis·et vos clamabitis p̄ dolore cordis et p̄ contritione ſpirit⁹ vlulabitis·

¶ II·CONSIDERATIO·

SEcunda puella ſic ait·O frater bone cur de penuria ſeu vict⁹ et veſtit⁹ indigentia contriſtaris· Neſcis hoc eſſe cōtra te et tibi ſimiles qđ ipe ſaluator xp̄c in illa veridica euāgelij hiſtoria dixit ſe fert·Ne inquit ſolliciti ſitis anime veſtre quid manducetis·nec corpi veſtro quid induamini·Nonne anima veſtra plus eſt q̄ eſca et corp⁹ eſtrum pl⁹ q̄ veſtimentum·Reſpicite volatilia celi non ſerunt neq metunt neqz congregāt in horrea et pater noſter celeſtis paſcit ea·Nonne vos magis pluris eſtis illis·et de veſtimentis qđ ſolliciti eſtis conſiderate lilia agri quomō creſcunt·nō laborant neqz nent·dico aūt vobis q̄m nec ſalomō in omni gloria ſua coopt⁹ eſt ſicut vnū ex iſtis·Si aūt fenum agri qđ hodie eſt et cras in clibanum mitti² de⁹ ſic veſtit· quanto magis vos modice fidei·Noli te igitur ſolliciti eſſe cōtes quid māducabim⁹ et quid bibem⁹ aut quo operiemur·ſcit em̄ pater veſter qz his omnib⁹ indigetis·queri te ergo primum regnū dei et iuſticiam ei⁹ et hec omnia adicientur vobis·hec ipſe ſaluator·Bz johannes os aureū ei⁹ qđ dictū eſt de animalib⁹ hanc reddit rationē·Vialia īquit fecit de⁹ ꝓpter homi nem·homines ꝓpter ſeip̄m·ſi ergo animalib⁹ miniſtrat ꝓpter homi nem quomō hominib⁹ nō miniſtrabit ꝓpter ſeipſum·hec ille johān nes·

¶ Capitulum ſextum tinens conſolationes ſuper conſilij ipſius chriſti impletione de rerum tpalium abdicatōne et relictione·

SExto poſt premiſſa ad dominā conſolatricez principalē acceſſit et ali⁹ triſtis ei ſimilis cui habēti multas poſ ſeſiones dictū eſt·vende omnia que habes et da pau peribus·p ipſi⁹ igit² triſtis conſolatōe dña predicta ſex de ſuis puellis ei adiūxit ¶ I·CONSIDERATIO

PRima puella ſic ait·O hō qui premiſſaz ob cauſam triſtaris·tu poſſes merito tanq̄ imperfect⁹ de difficultate dicte abdicati onis erubeſcere·pfectis em̄ nequaq̄ eſt difficile·Audi magnū pa trem auguſtinum·Qui inquit celeſtis vite dulcedinem inquantum poſſibilitas admiſerit pfecte cognouerit·ea q̄ in terris amauerat libēter cuncta derelinquit·in oratione ei⁹ vileſcūt omnia· deſerit habita ·congregata diſpgit·inardeſcit in celeſtib⁹ anim⁹ nihil i ter ris libet deforme·conſpicit² quidquid de terrene rei placebat ſpē·qz ſola preciose margarite claritas fulget in mēte·hec magn⁹ pater· qui p margaritam preciosam videt² intelligere vitā contemplatiuaz et p eius claritatem in mente fulgentē clarā in contemplando cogni tōz celeſtiū ſup terrēa excellētiā declarātē ¶ II·CONSIDE·

SEcūda puella ſic ait·O amice de abdicādo tpalia nequaq̄ for te triſtis eſſes ſi quantū valeret abdicatio pfecte cognoſceres

Ecce em̄ vt inter innumera pauca enumerem valet ad habendū in hac vita liberū aim. valet ad pueniendū cū xp̄o ad celestia nō motu tardioꝛe ſ̄ quaſi p̄ volatū citiſſimū. valet ad luctandū et vincendum dyabolū. valet otra amoꝛē tpaliū piculoſum. Vis ſcire q̄ pꝛedicta abdicatō valeat ad reddendum hominem deo non dignum. Audi illuſtrem Senecā. Nemo inquit eſt deo dign⁹ q̄ qui opes cō temnit quaꝝ poſſeſſioneꝫ non tibi interdico ſ̄ efficere volo vt illas intrepide poſſideas. ℔ ille. Vis ſcire q̄ dicta abdicatō valeat ad habendū in hac vita libeꝝ animū. Audi egregiū verbū gregorij. Piquis inquit ſemel a dn̄atōe deſideꝛioꝝ tpaliū colla metis excuſſerit quadā etiā iā in hac vita libertate p̄fruit² dū multo deſiderio felicitatis afficit² nullo aduerſitatis terꝛoꝛe coartat². ℔ greg. Vis ſcire q̄ valeat ad puniendū cū xp̄o ad celeſtia quaſi p̄ volatuꝫ citiſſimū. Audi jeronimū venerabilē. Apoſtolici inquit faſtigij perfecteqꝫ virtutis eſt omia ſimul vendere et paupib⁹ erogare. et ſic expeditū cū xp̄o ad celeſtia euolare. ℔ ille. Vis ſcire q̄ valeat ad luctandū et vincendū dyabolū. Audi rurſum egregium doctoꝛem greg. Ad ſe inquit venientib⁹ dn̄s p̄cepit vt renūciem⁹ noſtris. qꝛ qui ad fidei agonē venim⁹ luctamē otra malignos ſp̄ūs ſumimus nihil aūt maligni ſp̄ūs poſſidēt in hoc mundo p̄ꝛeiū. nudi ergo cū nudo luctari debem⁹. nā ſi veſtit⁹ quiſqꝫ cū nudo luctatur citius ad terram deicit² qui ℔ vñ teneat². quid em̄ ſunt terrena omia niſi coꝛpoꝛis indumenta. qui g⁹ otra dyabolū ad certamen p̄perat veſtimenta abiciat ne ſubcumbat. ℔ gregoꝛi⁹. et bn̄ quidē dicit. quid ſunt terrena omia niſi coꝛpis indumenta eo q̄ p̄ oppoſitū de nihil terrenoꝝ poſſidente dicitur q̄ ſit nud⁹. claꝝ aūt eſt q̄ dſultri⁹ eſt luctā que vitari nō poteſt fieri p̄ nudum q̄ dictis retentis veſtib⁹ teneri p̄ eas et deici p̄ hoſtem crudeliſſimū. Vis deniqꝫ ſcire q̄ dicta abdicatō valet otra amoꝛem tpaliuꝫ piculoſum. Audi patrem clareuallis. Ecce nos reliquimus oia ꝛc̄. Oia nō tm̄ poſſeſſiones ſ̄ etiaꝫ cupiditateſ. pl⁹ em̄ mundi cōcupiſcentia q̄ ſubſtantia nocet et hec fugiendaꝝ cā diuitiaꝝ p̄ꝛecipua eſt q̄ aut vix aut nunq̄ ſine amoꝛe valeant poſſideri. facile em̄ coꝛ humanū omib⁹ que frequentat adheret. ℔ ille pater. g̃ q̄ ſit piculoſuꝫ coꝛde diuitijs ſeu tempoꝛalib⁹ quib⁹ vis adherere p̄ neptem meam ſuperi⁹ audiuiſti. et nunc quoqꝫ audias q̄ non eſt modicum periculuꝫ coꝛ humanum luto adherere aut ſtercoꝛib⁹ omiſceri. Quocirca memoꝛare q̄ ſ̄m ſapientem tanq̄ lutuꝫ eſtimabi² argentū. et q̄ dixit apoſtolus detrimentum omnia feci et arbitroꝛ vt ſtercoꝛa.

III. CONSIDERATIO.

TErcia puella ſic ait. Credo amice q̄ tempoꝛalia abdicare non eſſet tibi graue. ſi graue tibi non eſſet pauperem eſſe

Huic quidē sermoni occedat illustris seneca piter innuit expto ñ esse graue paupem. Ecce inquit securi⁹ diuitias eicim⁹ si expti fuerim⁹. q̄ nō sit graue paupes esse. hec seneca. Qui rursuz alibi. Dau pertas inquit mihi grauis est. immo tu pauptati. ñ est in pauptate vitiū sed in paupe. paup es si paup tibi videris. Hec itez ille homo gentilis. vt quid ergo xp̄ian⁹ adhereret diuitijs. Forte dices cōsilium de abdicando tpalia mea ideo abhorreo qz cōsiliū illud si implerem meip̄m occidere p famem et deū temptare timerez Sz q̄ hac in re multū erres claris patet testimonijs. Audi jeronimuz venerabilem. Dauptatem inquit times. sz beatos paupes xp̄s appellat de cibo cogitas. sz fides famā non timet. ḃ jeronim⁹. Sz et p̄s. ait. Iacta cogitatū tuū i dño et ip̄e te enutriet. Audi quoq; et thomam aquinensem licet inquit ille qui dat omnia pzopter xp̄m subtrahat sibi aliqd̄ cōsiliū vite. nō tm̄ om̄e. qz adhuc manet ei auxiliuz diuine puidentie que ei in necessarijs nō deerit et fideliū deuotio Hec ille thomas. Qui rursuz sic dicit. Ille q̄ dimittit oia ꝓpter christum nō se exponit fami que interimat. qz nunq̄ a deo ita deseritur q̄ fame moriat² qd̄ patet hebzeos vltimo sup illd̄. nō te deseraz ne q̄z derelinquā. glo. ne forte diceret quid facturi erim⁹ si suffragia nobis necessaria defecerint. Deotin⁹ subdit cōsolatōz adhibens testimonium de libzo ihesu nane. nō te deseram quin dem necessaria neq; derelinquā. derelinqueret² ille qui fame piret. sz hoc non est et infra. hoc aūt dicit oī spanti in se sicut josue. h° em̄ nobis ꝓmittit si in illo spem nostram ponim⁹. nō tenacib⁹. nō cupidis fit ista ꝓmissio sz spantib⁹ in deo. ḃ thomas. qui etiam subiungit. Ille inquit qui dimissis omnib⁹ ꝓpter xp̄m spez hz vt sustentet² a deo nec pzesumptuosus est nec temptat deū. tū qz fiduciā debitā ō deo hz ex diuina autozitate oceptā. tum qz remanēt fideles deuoti p quos ei satis fieri p̄t et debz. ḃ itez ille. Deniq; audi et magnuz patrem augustinū. Tu inquit xpiano. tu dei seruo. tu bonis opib⁹ dedito tu dño suo caro aliquid existimas defutuz. An putas q̄ qui xp̄m pascit a christo ip̄e nō pascat². An putas terrena deerunt quib⁹ celestia et diuina tribuūtur. Vñ hec incredula cogitatō. Vñ impia et sacrilega meditatio. ḃ magn⁹ pater. ex cui⁹ autozitate infert thomas aquinensis q̄ sacrilegū est dicere q̄ illi qui omnia ꝓpter xp̄m dāt se piculo homicidij omittāt

IIII. CONSIDERATIO.

Quarta puella sic ait. O hō nescis q̄ teste scriptura. glozia magna est sequi dñm. sz maioz est sequi dñm ihm̄ xp̄m in recōpēsaz omium aliorz. Vis ergo scire quo pacto ottingat dñm sequi et quo ip̄m osequi. Dzofecto ꝓpter ip̄m dñm oia relinquendo. Audi p̄em clarenallis. Ecce inquit nos reliquim⁹ oia ꝛc. Bñ petre nō ad insipientiam tibi. qz exultauit vt gygas ad currendā viā. nec currentē sequi poteras onerat⁹ nōne vtilis omutatio ꝓ eo qd̄ sup omia est omia reliquisse. hec ille et certe optime si attenda² quis quez sequi

debuerat·ꝑmmo quem ꝺsequi·ſcz ſeruꝰ ꝺn̄m et tm̄ ꝺn̄m·et ſi attendatur ad quid·ſ.in recompenſam oīm relictoꝝ.Audi venerabilez ieronimū xp̄c inquit eſt omnia vt qui ꝓpter xp̄z omia dimiſerit vnū inueniat ꝑ omnibꝰ et poſſit libere clamare ꝑs mea ꝺns. Ꝟ ieronimꝰ.Sz forſan inquies qualis pars vel quāta·Certe ꝑs que toti eq̄ pollet ꝓpter qꝺ dixit vnum inueniat ꝑ omnibꝰ·et de quo dictū noīmꝰ·In te vno ſimul omnia habentes·ſz non oīa in eaꝺē forma ſz qꝺ plꝰ eſt atqz meliꝰ in ſupeminētia q̄uis ꝑfectōes ſimpliciter nihilominꝰ oīns formaliter ſmt ī eo

V.CONSIDERATIO.

QVinta puella ſic ait·O amice vellē ꝙ tu noſces ꝙ ſequela xp̄i adeo ꝺſolatoria vtpote eiꝰ qui ꝺſolatꝫ nos in omni tribulatione noſtra ꝙ nō ſolū homo ꝓpter eam habet relinquere omia ſz etiā liberaliter ſeip̄m ꝑ tali ſequela.Audi patrem clareuallis·Qui inquit relinquere diſponis omīa te quoqz inter relinquēda numerare memento·maxime et p̄incipaliter abnega temetipſum ſi deſideras ſequi eum qui exinaniuit ꝓpter te ſemetip̄m.Ꝟ ille pater.Dicet forte cuz petro·Quid ergo erit nobiſ.Profecto p̄ter p̄miſſa in euāgelio·celeſte p̄conium in libro vite ſcriptum·et ſignatum·Audi rurſus eundem patrē·zachēꝰ inquit certe cuiꝰ laus eſt in euangelio·Dimidium bonoꝝ ſuoꝝ dedit pauperibꝰ. Sz ecce multos zacheoſ hic video qui nihil ſibi ex omibꝰ reliquere·quis mihi ſcribet hoc de zacheis iſtis immo ꝺ petris iſtis qui fiducialiter loquūtur domino·Ecce nos reliquimus omnia et ſecuti ſumꝰ te.Sz ſcriptum eſt iam in euangelio eterno·in libro vite eſt ſcriptuz et ſignatum.Ꝟ ille·

VI.CONSIDERATIO.

SExta puella ſic ait·Cur homo ꝑ impletione diuini ꝺſilij non es memor centupli tibi a ꝺno repromiſſi·Vende inquit domiꝰ omnia que habes et da paupibꝰ et habebis theſauros in celo immo non ſolū in celo·ſz etiaz in hoc ſeculo·quippe ꝺnte petro·Ecce nos reliquimus oīa et ſecuti ſumꝰ te·quid ergo erit nobis. Ihs dixit illis·Omis qui reliquerit domū vel fratres aut ſorores aut patrem aut matrē aut vxorem aut filios aut agros ꝓpter nomen meū centuplū accipiet et vitam eternā poſſidebit·Ecce dicit centupluz et forte aliquis cogitabit an tm̄ centuplum et vbi accipiendū· Sz huic aliꝰ ſatisfacit euangeliſta·Nam ꝺno in matheo more fidelis amici faciente·ſ.minꝰ ꝺnte et plꝰ intendente ac in ꝓpoſito determinatum numeꝝ ꝑ indeterminato ponente ꝙ ipe plꝰ intendat et vbi ſcz in hoc mundo declarat ī luca·Nemo eſt inquit q̄ reliquerit ec̄·qui non recipiat multo plura in hoc tpe et ī futuro ſeculo vitā eternam·Veꝝ circa hoꝝ verborꝝ verificationem poſſz aliquis dubitare·Sunt em̄ multi qui aliqua ꝓpter deum reliquerunt·qui nec centuplū·nec decuplum ·nec triplū recepunt· Sz hac in re eſt cōſiderandum ꝙ in rebꝰ quas poſſidet·habet hoc homo aliquid ſue voluntatis et ꝺſolationis ·quibꝰ circumſcriptis nō plꝰ curaret hō

de vna re q̄ de alia·nō pl⁹ de auro q̄ de cupro·nō pl⁹ de scarleto q̄ de grisco panno seu alio rusticano vestimento·Si ergo relinqua tur aliquid in quo posset hō ꝺsolationē habere aliqualem et deus det ei nō aliquid eiusdem speciei ꝫ solū centuplā ꝺsolatōz·tunc iā videtur centuplum habere simpliciter·habet em̄ ꝺsolatōz in re illa intentam et hanc centuplicatam vel etiam si det de⁹ centuplu̅ in valore·s.spiritualia p tpalib⁹ ꝫm sanctos·Sz istud nō videtur satis esse ꝫm alteruz euangelistā·Nempe in marco dicitur·Nemo ē qui reliquerit domū aut fratres aut sorores aut patrem aut matrē aut filios aut agros ꝓpter me qui nō accipiat centies tantū nunc ī hoc tpe domos et fratres et sorores et matres et filios et agros cū psecutionib⁹ suis et in futuro seculo vitam eternam· Videt² ergo q̄ ꝓmittat² ei aliquid eiusdem speciei et centies tm̄ ad minus et nō solū cēties tm̄ ꝺsolationis vl̄ valoris·Quid ergo·videt² ne falsum ꝓmitti·Absit·recipit em̄ res eiusdem quodāmō speciei·Nam sicut ait mundi sapiens·Artifex facit domū ex domo ·domū quidem in materia exteriori ex domo mentali que est species dom⁹ exterioris·sicqz est duplex dom⁹·Reliquens ergo domū materialeem licet non recipiat centuz domos in esse materiali·p̄t tm̄ recipe immo hocipo habet domum in mente in esse spirituali·Dices forte sic habet iude⁹ sarracen⁹ aut quātūcunqz mal⁹ xp̄ian⁹·Sz certe non est simile·Nempe dom⁹ in mente infidelis paruz vl̄ nihil valet·caret em̄ tecto caritatis·caritatem aūt nō habuero dicit apostol⁹· nihil mihi ꝓdest·in mente vero boni xp̄iani ipo actu quo relinquit domum in esse materiali·habet domum in esse intellectuali pfectā et ornatam tecto caritatis vel fundatā in xpo a quo aliud fundamētum nemo p̄t ponere·ornataz quoqz caritatis rubore purpureo aut quasi colore aureo·que si ante oculos posset poni videret² maioris decoris q̄ si esset in vna domo materiali·omnis decor mundi ·centies igit² tm̄ valet·Rursum illo actu quo ex caritate relinquo fratrem aut sororem centū fratres acquiro et sorores·sunt nanqz om̄s mihi fratres et sorores quemadmodū et xp̄i·qui in celo et in terra faciunt voluntatem dei·testante ipo saluatore immo qđ pl⁹ videt² cum omnib⁹ qui in caritate sunt in celo et in terra ptineo ad idem corp⁹ scz misticum corp⁹ xp̄i·eiusdem aūt corpis membra invicem pl⁹ attinēt q̄ circumscripta caritate ꝓsona et ꝓsona·Deniqz de germanitate huiusmodi pulcre tractat superius neptis mea· Ampli⁹ ille idem act⁹ quo ex caritate relinquo filiuz·est etā fili⁹·generatio etem̄ filiorꝝ ordinat² ad se ꝓpetuandum saltem in natura speciei·ꝫ p talem actum mihi acquiro individuo ꝓpetuū esse eterne beatitudinis q̄ ꝓ me sme tali vel actu ꝺsimili tanq̄ sme ꝓle non habe rem·Vlteri⁹ talis act⁹ quo agrum ex caritate relinquo· ager quidem est·Nempe ex illo crescit mihi de quo viuere habeo eternaliter·Centies igitur plus valet q̄ ager derelict⁹ in quo retento non

creuisset nisi quid modicū quo viuit² tpaliter. Similiter act⁹ mentalis quo ex caritate relinquit² florē⁹ vn⁹. centū immo mille florenos vel marcas valet. Dices forte qūo nō mille marce pl⁹ valerent qui et pl⁹ durarēt. mentalis aūt thesaur⁹ statim transit. Ecce parata rn̄sio. Mentalis thesaur⁹ et si desmere videa². nō statim desmit. sz de scrinio transfert² in scriniū. de scrinio humane memorie in scriniū memorie dei. qđ dei scriniū potens est vt ait paul⁹ depositum meū sz̄uare in illuz diem scz diem eterne claritatis glorie celestis. potens est inc̄p seruare tandē hoi p̄n̄tandū in rōe obiecti cogniti vel ī effectu p̄mij talis et tanti. qđ nec ocul⁹ vidit. nec auris audiuit. nec in cor hominis ascēdit qđ p tali moneta in nundinis

¶ Capitulum septimū otinēs ōsolatōs sup incōmodo et grauamine pauptatis volūtarie assumpte seu alias tolerate voluntarie. padisi. de⁹ homini p̄parauit.

Septimo post p̄emissa ad supradictā dn̄am ōsolatricē accessit et ali⁹ tristis sup materia p̄missi capituli querens ōsolari. cui illa huius rei gratia de suis puellis duodecim assignauit.

¶ I. CONSIDERATIO.

Prima puella ad p̄edictū tristem sic ait. O amice nonne digne optares x̄po regi glorie ouestiri in gloria. Optarē inquies digne. Vis igitur scire quo hoc pacto consequi valeas. Ecce si vis ei ouestiri stola glorie. ipi te ꝟ ōformes pauptatis nuditate. Nimirū sicut arbores que simul sunt nude ī hyeme. simul vestiūt² noua veste et florida in estate. Ita qui x̄po nudo mō cōformat² nuditate pauptatis hominē a tpalib⁹ denudantis quā volūtarie assumit cō uestiet² ei in futuro ceteris excellenti⁹ scz veste florida vbi hyems trāsijt et flores apparuerūt in terra nr̄a. vbi et caro nr̄a reflorebit

¶ II. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. O hō si scires et tu quāta posses ōsequi assumpta voluntaria pauptate. gauderes merito de ip̄i⁹ assumptione et diuitiaꝝ tuaꝝ facta ꝓpter x̄pm ōsumptione. Ecce plane ōsequeris si nō peniteat qđ fecisti. regnum et nomen regiuz. Audi patrem clareuallis bernardum loquor. Volo te inquit esse amicum pauperum. magis autez imitatorem. Ille gradus proficientium est hic perfectorum. amicicia pauperum regum amicos constituit. reges amor paupertatis. regnum deniq; celorum pauperum est. hec ille pater. Qui rursum predicans de eodem. Videmus inquit aliquos pauperes qui si veram habērent paupertatem non adeo pusillanimes inuenirentur et tristes vtpote reges celi.

¶ III. CONSIDERATIO.

Tercia puella sic ait. O hō si forte miraris cuiusq̄ potentis diuitias qui castra villas vel terras emit. mirare multo ampliꝰ diuitias pauptatis quibꝰ multo maiora opant. Audi magnum patrem augustinuꝫ. Nō inquit displiceat pauptas tua nihil ea potes ditius inuenire. Vis noscere q̄ locuples sit. celū emit. hec ille pr̄. Qua in re nihil habes dubitare si ex caritate pauptatem assumpsi sti te diuitem feciſti. An nō diues p oēm modū qui sufficiens est in modo villā vl̄ castrū ꝫ emere celum. Ꝫ nec xp̄i paupes rex tem poralium sunt exptes. Vis hoc scire. Audi p̄fatum patrem. In caritate inquit paup est diues. sme caritate omis diues est paup. Caritas est diuitie paup̄m in tpalibꝰ ditissima. Ꝫ si et de hoc miraris. Audi eundem se hoc pacto declarantem rationemq̄ reddentē. Sola inquit caritas vincit omnia sme q̄ nihil valent cōia et que vbicū q̄ fuerit trahit ad se omia. Hec ille pater. cuiꝰ dictū si etiam ad tē poralia extendat nō est mirum cum diligentibꝰ deū omia cooperantur in bonum.

IIII. CONSIDERATIO.

Quarta puella sic ait. Audi frater johannem os aureū pauptatem spontaneam describentem. Dauptas inquit est portus tranquilꝰ nihil opulentiꝰ eo. qui pauptatem sponte diligit et cū alacritate suscipit. Hic igit̄ p̄emittit aūs pauptas est inquit portꝰ tranquilꝰ. subdit aūt osequens. Nihil inquit opulentiꝰ est eo q̄ pauptatem sponte diligit. Sed nec est de osequentia dubitandum. Nonne em̄ multaꝝ mercium diuitie et spēs aromatice gemmarūq̄ p̄ciositas solent in tranquillo maris portu applicare ꝛc̄. et ipius portꝰ possessorem valde ditare. Sane dns qd̄ premittit etiam nōnullorꝝ aliorꝝ illustrium virorum testimonijs comprobat. Audi leonem summū pontificē. Semp inquit diues est xp̄iana pauptas nec pauet in isto mundo indigentia laborare. cui donatū est in oīm rerum dño omnia possidere. opantibꝰ ergo que bona sunt. nō omino metuendū ne eis desit facultas opandi cū in duobꝰ minutis euangelice illiꝰ vidue sit laudanda deuotio et p calice aque frigide p̄mium habeat gratuita largitas. ex affectibꝰ em̄ benignitatis mē sura taxatur. et nunq̄ eum miserandi efficacia deserit in quo misericordia ipa nō deficit. Audi rursum in premissoꝝ testimoniū et illustrem senecam. Honesta inquit res est leta pauptas. illa vero nō est pauptas si leta est cui cum pauptate bene ouenit diues est. nō qui parum habet ꝫ qui plꝰ cupit paup est. ℔ ille.

V. CONSIDERATIO

Quinta puella sic ait. O hō d̄ pauptate assumpta volūtarie cur tristaris cū pauptas hm̄oi sit materia gaudij spiritualis. Nam si homo p vno obolo mille marcas recipet. nonne gaudere satis possꝫ. possꝫ vtiq̄. Sed quid. Dorofecto volūtarie paupes multo plꝰ etiam in hac vita recipiunt q̄ sit illō qd̄ ipi ꝓpter deū reliquerunt centuplū inquit saluator accipiet. qd̄ quidez p̄ter alias exposit̄oes

per sororem meā pris traditas potest etiam sic intelligi. ꝙ qz in necessitate omnia sunt cōmunia. igit² qui ꝓpter deū omia sua relinquunt. illorū facta sunt omnia que ante ipsis fuerunt aliena. Vñ qui nihil possidet illis in necessitate sunt saltem diuisim oia tua et oia cuiuslibz alteris hominis ita ꝙ tu es debitor suus fact⁹. Audi quid dicat os aureum. Nunquit inquit que habes tua sunt. que enim habes paupum sunt. sz tibi credita sunt. etiam si ex laboribus iustis et ex hereditate paterna possessor fact⁹ es. ḃ ille. Vnde si pauper dom nō habet nec locū in domo ꝓ precio. in necessitate quidē huiusmodi dom⁹ tua est etiam sua. si nō habz quid ꝓ cibo. cib⁹ tuus est etiam sus. etiā sic de ꝺsimilibus. quo fit vt qui szm altissimā paupertatem oia reliquerūt accipiant iuxta dictū modū oia tpalia si vtendi necessitas subsit. Dices forte. Sz quid de spiritualibus diuitijs. Dzefecto et illas accipient ad quas ꝑ cordis simplicitatem se disponunt abdicādo scz tpalia tali simplicitati ꝺtraria. vtpote mētem distrahentia et multiplicātia iuxta illō psalmiste. A fructu frumenti vini et olei sui multiplicati sunt. Hinc est sane qđ dicit apl⁹ Altissima pauptas eorū abundauit in diuitias simplicitatis eorū. Sz dices. que nā sunt hec simplicitatis diuitie. Dzofecto hoc exēplo poteris discere. Optet inquit mundi sapiens auditum esse absonum et visuz sine colore materiali. scz qualez habens pies nescit se coloratū esse nec delectatur in colore quocunqz. nec est ei melius ex colore aureo viridi vel purpureo q̄ cū colore carbonum nigerrimo. sec⁹ est de visu cum colore materiali nō ꝺposito qui colore spiritualiter recepto absqz materiali ꝺpositōe. ex simplici ipi⁹ specie multum delectat² in colore. et quanto magis sepata est potentia et immixta tanto alti⁹ lati⁹ et ꝓfundi⁹ delectat². Sic aūt sequi videtur a simili vt eo pl⁹ spūaliter seu spūalibus delectationibus quis abundet quo ceteris pib⁹ paupior est materialibus et materiali cō positione pl⁹ caret. Nonne igit² bñ dixit magn⁹ pater. Nō inquit tibi displiceat pauptas tua nihil ea p̄t diti⁹ ineiri. Sz qđ. Certe si nihil diti⁹ altissima pauptate. sequit² ꝙ eā tenentes possunt ꝑ eam etiam alios ditare. qđ etiā ex verbis apostoli sequit². Sūt em̄ tales szm eum habiti sicut egentes multos aūt locupletātes glosa. spūalibus diuitijs. Sūt etiā tanq̄ nihil habentes et omnia possidentes glosa. nō solū spūalia. sz etiā tpalia. qz timentibus dñm nihil deest Hec fuit gloria apostolorū. nihil oīno possidere sine sollicitudine esse et tam res q̄ dños eas possidere. Hec ordinari⁹ appar.

VI. CONSIDERATIO

Sexta puella sic ait. Cur hō nō ponderas verba xp̄i. beati inqt pauperes spū qm̄ ipor est regnum celorū. Dices forte qui sunt hij qui spū sunt pauperes. Dzofecto qui voluntarie seu pauperes sunt spiritu ꝓprie voluntatis. Nonne hij tanq̄ terrenis vacui forte gaudent celesti vt iā ñ sint hospites et aduene. sz potiꝰ ipor sit regnū

celoꝝ. Hoc nanq; satis ꝓdoneo patet exemplo. Ecce quantumcunq; ciphꝰ aureꝰ vl plumbeꝰ grauis esset. tamen si ipsum omnino ab omni corpe qđ sub celo est euacuari nec denuo tali corpore repleri ꝺtingeret. natura vacuū abhorrente mox ad celum ascenderet et nisi soliditas celi impediret ipm celum seu partem eiꝰ in se caperet Sic mō consimili cum paup spiritu voluntatis omnia que sub celo sunt voluntarie a se abdicet. quid restat nisi vt hoc pacto in spiritu ad celum mox ascendat et celū seu regnū celoꝝ speciali quadaꝫ sorte apprehendat.

VII. CONSIDERATIO.

Septima puella sic ait. O homo cur nō pauptatem voluntariaꝫ amares. ꝓpter quam a deo amaris. Cur eam nō amares ꝑ quaꝫ tam ad pfectionez vie ꝙ ad patriam minaris. Vis scire ꝙ ꝓpter paupertatem voluntariā a deo amaris. Audi illū cassꝫ. Dauperes inqt xpi sunt vitijs vacui sed virtutibꝰ pleni. si despecti hominibus. sꝫ acceptabiles deo. Vis scire ꝙ per pauptatem volūtariam ad pfectionem vie mineris. Audi illū origenem. Ille iuquit qui vt fieret perfectꝰ tradidit bona sua paupibꝰ nō in ipō tpe quo tradidit fiebat omnino pfectꝰ. sꝫ ex illa die icepit speculatio dei adducere eū ad oēs virtutes. Audi quoq; et magnum antistitem ambrosium. Silendi inquit patientia oportunitas loquendi et otemptꝰ diuitiarum sunt maxima fundamenta virtutū. Vis vlteriꝰ scire ꝙ ꝑ paupertatem voluntariam minaris ad patriam celestez. Audi johānez os aureum. Dauptas inquit est manuductrix quedam linea que ducit ad celum. Audi quoq; et magnū patrem augustinū. Via inquit celi est pauptas ꝑ quam venitur ad patrem. incipe erogare si non vis errare. ꝟ ille pater. Cuiꝰ etiam de erogando sanum audi consilium. Bonū est inquit facultates cū dispensatione paupibꝰ erogare meliꝰ ꝓ intentōne sequendi dōm insimul donare et absolutū sollicitudine egere cum xpō

VIII. CONSIDERATIO.

Octaua puella sic ait. karissime qui de voluntaria pauptatis assumptione penites nō sic peniteres si quanta eam ꝺsequat dignitas agnouisses. Quocirca audi egregiū nostruꝫ doctorē gregorium. Quisquis inquit diuini amoris stimulo excitatus hic possessa reliquerit. illic ꝓculdubio culmen iudiciarie potestatis obtinebit vt simul iudex tunc cum iudice veniat qui nunc ꝺsideratione iudicij sese spontanea pauptate castigat. ꝟ gregoriꝰ. et nonne hec magna est paupum dignitas. deiq; dignatio digne laudanda qui deponit potentes de sede et de stercore erigit paupem. Tunc potentibꝰ qui hic perperam paupes iudicabant innocentes. nullus erit ꝺsistorium. nullū tribunal. sꝫ coram illis tunc stabūt iudicio quos hic suo peruerso iudicio nedum iudicabant. sꝫ et sepiꝰ ꝺdēnabant

IX. CONSIDERATIO.

Dona puella sic ait. Nonne frater ꝺsideras ꝙ res gratissima in hoc mundo quies est et securitas. ꝺsidero inquies. Cur ergo

tibi ingrata est paupertas·cur eam voluntarie non assumis vt per eam sic assumptam quiete atq3 securitate potiaris Vis scire q̄ quietem conferat· Audi sanctissimum patrem gregorium· Quid inq̄t in hac vita laborioſi? q̄ terrenis desideriis estuare·quid quieti? q̄ nihil hui? seculi appetere·Audi et illustrē senecā·Quietissime i quit viuerent homines si hec duo tollerentur verba meum et tuū· Vis rursum scire q̄ paupertas voluntaria conferat securitatem· p̄dictum illustrem rursum audi·Redige inquit te ad parua ex quib? cadere non possis ineſt pauptati sme qua nihil est iocundum securitas·Audi quoq3 et sanctissimum patrem antedictum gregorium loquor·Magna inquit est securitas cordis nil concupiscentie habere secularis qui nihil habet in mundo qd̄ diligat nihil est in mūdo quod pertimescat·

X·CONSIDERATIO

Decima puella sic ait·Audi amice patrem clareuallis·de paupertate gratam copulatiuam enunciantem·Paupem inquit ferre eqùo animo virt? patientie est·sponte appetere sapientie laus est hec ille pater·et nonne bñ de sapientia laudat² qui grauia alijs sibi alleuiat et noxia tela preoccupat·Vtiq3·ſz quis est karissime qui hec facit·Is certe q̄ pauptatis familiaritatez desiderat et se ei spōte associat·Audi illustrem senecam·Ne inquit imparatos fortuna nos deprehendat·fiat nobis pauptas familiaris securi? diuitias eicim? si experti fuerim? q̄ non sit graue pauperes esse·ad paupertatem sua sponte descendere·preoccupare est tela fortune·Rursuz nonne digne laudabitur de sapientia qui laudem eius qui super om̄em narrationem est tacite celebrat et mira subtilitate ip̄m etiā per silentium laudat·Fateare hoc necesse est·Sz quis est hic et laudabim? eum·Certe paup et inops·presertiz qui talis est vt premittitur spontanea voluntate·Audi illum cassiodorum non incassum Videam? inquit q̄ sit ista gloriosa pauptas q̄ felix perhibetur inopia que dominum et tacita laudat et patientie sue virtute celebrat·mutus est si psallat superbus pauper et inops laudabunt dominum etiam cum videntur habere silentium·

XI·CONSIDERATIO

Undecima puella sic ait·O mi frater scias q̄ īdigne q̄s de paupertate presertim voluntaria tristatur que paupertas tot suplatiuis honorat²·quippe si scrutaris de ipsa inuenies q̄ summa voluptas est·Inuenies q̄ maxima felicitas est·Inuenies quoq3 q̄ res

tutissima est. Vis scire q̄ summa voluptas est. Audi illustrem senecam. Non enim inquit iocunda res aqua et polenta aut frustuz ordeacei panis. Sed summa voluptas ex hijs capere voluptatem et ad se deduxisse quod eripere nulla fortune iniquitas possit. Vis scire q̄ paupertas hec maxima felicitas est. Audi itidem eundem illustrem. Quis est inquit pauper qui sibi videt pauper scienti paupertatē maxima felicitas est. Vis scire q̄ hec pauptas res tutissima est. Audi et cathonem nostrum cuius in metro sic dicitur. Dauper tas si leta venit tutissima res est. Hijs autem addendum iudico q̄ paupertas voluntaria tanq̄ mater et nutrix. custos mundissime religionis est. Audi filium alphei. Religio inquit munda et immaculata est immaculatum se custodire ab hoc seculo. quod glosatoz sic declarat. qui inquit temporalia non diligit immaculatum ab hoc seculo se custodit. constat autem q̄ temporalia nō diligere propriū est paupertatis voluntarie.

XII. CONSIDERATIO.

Vodecima puella sic ait. O frater considera paupertatis presertim voluntarie magnam virtutem et reputabis eam tibi q̄ plurimum proficere ad salutem. Nimirum si vis scire que sit eius virtus. Ecce paupertas graue iugum serui tuis excutit paupertas primus gradus quo ad perfectionem ascenditur. existit. Dauper tas aurum et argentum vtiliter resoluit. Daupertas meliorem sortem accipit. Daupertas in celestibus abūdare facit. Daupertas de niq3 ipm deū pauperis thesaurariū constituit. Vis scire q̄ pauper tas voluntaria de qua est sermo graue iugum seruitutis excutit. Attende scripturam que dicit pecunie obediūt omnia. et certe obedire cui omnia obediunt scilicet pecunijs est proculdubio tanq̄ irrationabilis domini valde graue iugum seruitutis et certum est q̄ ab illo iugo quis paupertate voluntaria liber redditur et immunis. Vis scire secundo q̄ paupertas primus gradus est quo ad perfectionem ascenditur. Attende verbum saluatoris. Dictum ante omnia alia ad perfectionem disponentia. Si vis inquit perfectus esse. vade vende omnia que habes et da pauperibus. ad propositum autem de primo gradu. confessoz ille eusebius expressius est locutus. Cum inquit celeste regnum in multis bonoz̄ consideretur primus gradus scandentium est ipsoz̄ qui diuino intuitu colunt paupertatem. Vis scire q̄ ipsa paupertas aurum et argentum vtiliter resoluit. Attende q̄ paupertas voluntarie assumpta per ipsam abdicationem auri et argenti et elargitionem factam pauperibus propter ipsuz deum resolut ipsum aurum in pulcram

monetaz xpi ymaginē continentem acceptabilem vtiqz in foro dei In hui⁹ signum resolutionis per eā solite fieri ipsa pauptas volun taria camino cui inest virtus resoluendi comparari videtur. Dicē te domino per ysaiam prophetam Elegi te in camino paupertatis q̄uis dicta pauptas possit etiam dici camin⁹ ignis diuini amoris contētiu⁹ qui amor causa est principalis dicte resolutōis. Vis vl: teri⁹ scire q̄ pauptas volūtaria meliorez sortem accipit. Attende q̄ regnū celoꝝ hereditarie est ipoꝝ paupum. mobilia vero hui⁹ seculi sunt diuitum. Huius quidem sortis diuisio figurata videtur in libro geneseos. vbi abhram filijs ocubinaꝝ largitus est mune ra. filio aūt suo nato de libera dedit cūcta que possidebat. Vis de niqz scire q̄ pauptas volūtaria facit in celestib⁹ abūdare. Attēde q̄ pculdubio illō facit ī celestib⁹ abūdare p qō p̄t hō ī celo the: zauros multiplicare vl̄ augere. Sz quid est hº. Profecto p paupta tem volūtariā omia ꝓpter deū relinquentem p̄t hō thezauros in ce lo multiplicare vl̄ augere. Hui⁹ nimirum rei testis est ipa veritas. Vēde inquit oia et da paupib⁹ et habebis thezauros in celo ¶ Di ces forte quid si nihil vel modicū quis habeat. et tam habituz de facto q̄ nō habitū animi p̄paratōe relinquat. Vtpote sic dispositꝰ si regios thesauros aut ī infinitū maiores hēret libēter ꝓpter deuz oms relinqueret. Nūquit talis hoc pacto celestes thesauros quan titati taliter relictoꝝ ꝓportōnatos sibi opabit. Vtiqz. Nō ei apud deū pensat² census. sz affect⁹. Audi egregiā illā gregorij sniam. d petro et ādrea loquētis. Ad vocē inq̄t dn̄icam vterq; iste piscator quid aut q̄ntum dimisit qui pene nihil habuit. sz i hac re karissimū affectū debem⁹ potiꝰ pēsare q̄ censum. Multū reliquit qui sibi ni hil retinuit. multū reliquit qui q̄libet parū totum deseruit. ℔ ille et nonne hec sentētia plane in plana et expressa fūdat² xpi estima tione. quippe multis diuitib⁹ multa in gazophilatiū iactantibus. Vidua vero paupcula ñ nisi duo minuta in ip̄m mittente. Dit xp̄c discipulis. Vidua hec paup pl⁹ om̄ib⁹ misit. om̄s em̄ ex eo q̄ abū dabāt illis miserunt. Hec vero de penuria sua omnia que habuit misit totum victuz sunm. Sz quid. Certe si hec min⁹ habuit et tam̄ xp̄i estimatōne pl⁹ q̄ alij misit. sequit² si xp̄i estimatō vana nō erat nec ei inutilis. q̄ nō p re quā misit. sz p affectu quē habuit maio: ri in celo remuneratōne digna fuit. Sic em̄ etiā inuenim⁹ q̄ p mar tirio qō solum in voto habet² quis aureola martiꝝ remunerat². Au di dictū illi⁹ cypriani venerabili decretoꝝ volumine recitatū. In dei inquit seruis apud quos cogitat² et martiriū mente dcipitur. aī mus ad bonū dedit⁹ deo iudice coronat². Hoc itaqz pacto p̄t quis aliena sine damno possidentium sub hac conditione si illa haberet ꝓpter christum animo relinquere ac per hoc in celo thesaurizare. Quid plura. Ecce quod mirum est dictu. easdem res temporales di uersi possunt propter ip̄m christum. vel sub conditione relinquere

et sic in celo thezauros multiplicare ℓ augere. nec solū hoc facere possunt de hijs que sunt. sz etiā de hijs q̄ nōduz sunt. sz esse possunt Vis postremo scire q̄ pauptas volūtaria ipm deū ostituat pauperis thesaurariū. Attēde q̄ potēs est de⁹ depositū paupis seruare in illum diē eternitatis iust⁹ iudex. put supra videre poteris p neptem meā declaratum.

¶ Capitulum octauum otinens osolatioes in genere sup inopia et pauptate siue sup indigentia necessarioꝝ et egestate.

Octauo post premissa ad dn̄am osolatricē principalem accessit et ali⁹ tristis petens sup pauptate in genere osolari. At illa eidē osolatōis gratia de suis puellis quatuordecim adiunxit.

¶ I. CONSIDERATIO.

Prima puella sic ait. O amice cur refugis pauptatem expiri q̄ est nobilissimū expimentū. Cui⁹ rei inquies. Certe expimentū est te certificans de re illa de qua vt reor maxime velles esse cert⁹ videlicet quez haberes fidelē amicum. Nec mirum. qz sm illū arestotilem in suis moralib⁹. amicicia maxime necessaria est ad vitam eo q̄ null⁹ eligeret viuere sine amicicia habens reliqua omnia bona. Diligere itaqz habes pauptatem. vtpote p quā maxime de vera poteris amicicia certificari et minus falli. Vis hoc scire. Audi illustrem senecaz. Ob hoc inquit vnū amanda est pauptas q̄ a quo ameris oñdit. Cōcordat plane. ac supaddit venerād⁹ pater jeronim⁹. Ob hoc inq̄t maxime amāda est pauptas. qz a quo ameris ostē dit. quippe nō habet adulatōe comitem sibi pcentē. fortunā hoīs et nō psonā amātem. Audi ad idē itidē senecaz illustrez. Qō inquit diuitijs nō potes scire pauptate scies. illa veros certosqz retinebit amicos. Discedit q̄s. non te. sz tua sequebar². O qñ dies illa veniet q⁹ nemo an ꝓpter te vℓ tua te honorat in honzē tuū mentia². ℔ ille

¶ II. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. Scias frater q̄ pauptas multū confert ad illam ptem optimā quā sibi mariā ostat laudabiliter elegis se. s. ad vitā otemplatiuā. Sz timeo q̄ te otra hoc decepit vbū illō plℏi gentiliū. Egenab⁹ meli⁹ est ditari. q̄ plℏari. Sz huic dicto nō inhereas. topicū est. nec positū nisi gratia exempli vñ otrariam cō paratōnem seu dictū illustris senece potius attendas. Nihil inquit sit qō nos a scientia plℏica remoueat nec pauptas. nec alic⁹ rei indigentia. Rursum et aliā verā osidera plℏie opatōz. Nā vt alibi dicitur. tria precipue extollūt plℏiam. otempt⁹ mobilis affluētie. appetit⁹ future felicitatis. et mentis illustratō. quoꝝ primo nichil est honesti⁹. scdo nihil felici⁹. tercio nihil ad amboꝝ opendiosaz adeptōz efficaci⁹. Hijs aūt opatōnib⁹ pēsatis plane sequit². nedū meli⁹ esse plℏari q̄ ditari. sz etiā meli⁹ eē plℏari et vniuersaliter speculari seu otēplari q̄ malū sit paupez esse ℓ fieri. q̄nimo ℔ malū n̄ ē

cum plurimū oferat ad vacandū animo seu ad speculari. Vis scire testimonio fideli. q ad hoc nō diuitie. sz pauptas oferat. Audi ite rum senecam illustrem. quis virū gentilē. Multis inquit ad pbandum obstiterūt diuitie. pauptas autem expedita secura est. aut ergo paup sis aut paupi similis. si animo vacare vis. nec miruz q sic dicit. Nā et magn9 pater augstin9 huic dicto ocorzdat. oīs inquit pbie magistra est inopia.

CIII. CONSIDERATIO.

TErcia puella sic ait. Cur hō qui de pauptate tristaris. nō poti9 gaudes attendens rursum verba cathonis illustris. Dauptas inquit si leta venit tutissima res est. Ecce iungit pauptati leticiam Atqz mox adiungit ptialē ei9 cām. Dicens eam esse tutissimā. et p osequens innuit eam piculi qō triste forzet esse maxim⁹ excluſiuam Nempe diuitie pauptati opposite sunt nimiū piculose. habentem etem ipas nō solū grauat sollicitudo de eis ogregandis atqz oservandis. sz qō quidem piculosissimū est anime. ipe diues fune pplexitatis strangulat². Cum em paupib9 cōicare teneat² cogitat super miserū sibi occurrentez. Dabis ei an non dabis. et clazz est qō sepissime magno tūc cū piculo dare negligit qō tenet². secumqz fluctuando piculose disputat an casus sit vl ne. in quo dare teneat². Ab hac aūt piculosa fluctuatōe et pplexitate p pauptatem impossibilitatem inducentē suppozat². et in tuto ostituitur.

CIIII. CONSIDERATIO.

QVarta puella sic ait. karissime gaudere deberes de pauptatis miseria si scires quanta ob illā tibi accederet potentia. Multa certe et magna. Nempe post verba illa pphetica. Beat9 qui intelligit sup egenū et paupem sequit² in pphetia. in die mala liberabit eum dñs. quibus alludens verbis Rauēnensis sic ait. In die mala sme causa peccatū accusat quē paup excusat immo accusari nō poterit. quē fames paupis excusauerit. Diem vero malā videbit qui diem iudicij sme aduocatione paupis intrauerit. ꝟ ille.

CV. CONSIDERATIO.

Libera me inquit de sanguinibus. Nam et vulgares nonnunq̄ alios appellant sanguinolentos peccatores. Quid igitur miri si et manus ille peccatrices dicantur esse penitus sanguinolente que si p̄ cuiusuis rei impetratōne subleuent² ad deum. quid aliud p̄tas eas nisi diuinor̄ oculor̄ auersionem posse melius impetrare. Nē pe vt ait cecus ille olim illuminatus. peccatores deus nō audit. scilicet quantus est ex eor̄ meritis. hoc itaq̄ lucrum habet persona quelibet de manuum suar̄ voluptuosa ꝺtrectatōe q̄ nec digne sunt ad celum subleuari p̄ gratie impetratione. econtra autem is qui caret voluptuosa manuu suar̄ ꝺtrectatōe. eo magis gaudeat quo ex hoc audet manus suas ad deū sursum eleuare sub ipe gratie recipiende.

CH. CONSIDERATIO.

Secunda puella p̄memoratum fatuum sic est allocuta. Nescis q̄ manuū libidinosa ꝺtrectatō ē q̄si cere mollificatō ad ipsi⁹ qui mollificat impr̄ssionem ymaginis. excluſa pfecta ymagine trinitatis. Cuius cere inquies. Profecto illius de qua diuinus ille simphonides testatur dicēs. factum est cor meum tanq̄ cera liquescens. Quo inquies ad huius cere mollificatōnem manuum cōtrectatio se extenderet. manus nanq̄ forinsecus sunt et cor est intra nec modico etiā cor et manus distare vident² interuallo. Et huius facile est ꝺsequi solutionē questionis. Siquidē vene cordis ad manus vsq̄ p̄tendunt². qua ex re ꝺtingit ex contactu earum in manibus calefacto sanguine et illo ex cōp̄ssione man⁹ ad cor recurrēte vel vicinum sanguinē et ille alium immutante et sic successiue calefactione ad cordis sanguinem ptingente. resultat quantotius in ipso corde mollificationis effectus. quemadmodum qui trahere p̄ponunt sanguinem. dicunt² brachiū calefacere. dum solas manus ad ignem porrigunt immediate. vti et qui trahit cordaz distātem a se pulsat campanam. Sed et vere dici posset cor quod liquefit vti cera ab ipsis contrectatis manib⁹ non distare. Cor siquidē hoc est anima vel animus. non enim est cor carneum. sz anima carnis. Porro de anima carnis dicit ille psalmigraph⁹. Anima mea i manibus meis semp. et si quadā hoc ratione sit dictum de quibuslibet manibus. spālius tamen id dici potest de manibus illis q̄s ꝺtrectatō plenas reddit sanguinibus. Nam vt noster tradit leuiticus anima carnis in sanguine est. Qui ergo nolit effeminat⁹ defluere qui corde solido et non ad modum cere liquescente diuinam in se ppulcram ymaginem optet ꝺseruare. qui turpissime ac spurcissime cuiusuis sigillatōnis aut ymaginis impr̄ssioni omnem resistendi virtutē velit non amittere. Is necesse est ab tactu nere studeat a manuum tam actiua q̄ passiua contrectatione. Sed dices forte. ab sit q̄ omnis manuū ꝺtactus ad ꝑnicōsaz resolutōez animi termie².

Absit ne omnis tactus hmōi sit libidis incētius. recte q̄dem dicis. Sed tactus qui eiusmodi est .qui animum uiri non resoluit .qui ef feminatum non facit. qui incendium libidinis minime operatur q̄ castus vel pudicus est. Profecto tactus huiōi carentia quenq̄ mini me contristabit. sed a tali quilibet facillime honestatis ob gratiaz abstinebit. quod satis supponit in ethicis suis mundi sapiens. Si gnum inquit oportet facere habituuz sup uenientem voluptatem vel tristiciam. qui quidem em̄ recedit a corpalibus voluptatibus .et hocipo gaudet tempatus. qui aūt tristatur intempatus.

Capitulū sextū otinēs ysolatōes spēaliter virginū super voluptuo sarum carentia delectatōnum.

Sexto post premissa ad dominam cōsolatricem accessi t etiam virgo quedā tristis ex carentia voluptuose de lectatōis cui mox dña gra ysolatōis ipendende duas deputauit de suis puellis.

I. CONSIDERATIO.

Prima igitur puella ad virginem illā tanq̄ ad vnā de quinqz fatuis subuersa lampade sua et extincta. oleū leticie nō habē te sic ait. Nonne tibi note sunt prudētes virgines que veniēte spō so intrauerūt cū eo ad nuptias. Quod si nosti mirū est valde q̄ nō omni conamie studes eaz collegio aggregari. Nimiz de his nō gratis seu frustra cantat ecclesia voce dulcisona. Ihesu corona vir ginum. qui pascis inter lilia septus choreis virginū. spōsus decoris gloria. sponsisqz reddēs p̄mia. Quocūqz pgis virgines sequntur. atqz laudibus post te canentes cursitāt. himnosqz dulces psonant. Dices forte quibus himnis vl laudibus .Profecto ad p̄sens submis so intellectu p nostrum citharedam dauid ꝓphām dictuz noueris Laudate eū in tympano. et rursum. Laudate eū in cordis que. s. p̄ dictis ducuiunt choreis. Sz quid p tympanum quid ve p cordas. Ecce hoc glosa apit. Nam cū dr in tympano glosa exponit. id est i carne que ē sme omni corruptōne. et cum dr i cordis. glosa expoit. id est in carne iam a corruptione libera. Virginalis igit incoru ptio carnalis voluptatis exclusiua vicem habet apud deum tym panoz. Vicem quoqz et cordaz. id est omnium musicoz instrum torum cordas habentium. et sic iuxta scripture morem expressione paucorum determinatoz indeterminatam multitudinem capien do dicta virginalis incorruptō equiualet seu potius preualet uni uersis generibus musicoz ad laudem dei sonantium. Virgo itaqz carnaliter incorrupta q̄si lubrica carne a pelle rasa celestis tym panistria est atqz ab omni noxio humore desiccata quasi siccarum

cordaꝝ musico vsu valde solacōsa est. Quid ergo cogitas eligendum. Nōne magis est eligendum carnis momentanea voluptate hoc in tempe carere et regi glorie cunctisq; celi ciuibus musicoꝝ scdm equinalētiam instrumtoꝝ solaciū exhibere taꝫ gratum et acceptabile. q̄ neglecto hmōi celesti solacio p̄dicta in p̄esenti feda vti voluptate. et quasi fetore in illa seu turpitudine cōsistente ipsi regi glorie. cūctisq; celicolis abhominabilem esse. constat certe q̄ scdm nequaq̄. sed p̄imum est gaudenter eligendum.

CH. CONSIDERATIO.

SEcunda puella ad p̄dictam fatuam virginem taliter ē locuta O stulta et insipiens cū salua virginitate p minoribus voluptatibus relictis ꝓpter deum habere valeas multo maiores. cur ex hoc tristaris q̄ nō habes ipas minores. s. carnales Vis scire q̄ habere valeas maiores. Ecce carnales delicie sunt de reꝝ numero. ꝓpter quaꝝ relictōnē ꝓpter deum factam ab ipo deo centuplū est ꝓmissum. quippe nulla ratō est quare relinquēs domū aut agros aut vxorem ꝛc. hmōi centuplum accipiet in hac vita. et non idem sit de carnalibus delicijs sentiendū. Ꝫ q̄d. certe relinquēs ꝓpter xp̄m domū aut agruꝫ aut vxorē ꝛc huiuscemodi centuplū accipiet in hac vita. i. centuplam ꝺsolatōnem respectu eius quā in re relicta habuisset si eam minime reliquisset ꝓut dilucide p neptē meaꝫ supius declaratur. ꝺsequens igitur est q̄ virgo relinquēs p̄opter xp̄m carnales delicias quas corrupta habere posset centuplā cōsolatōeꝫ accipiet in p̄esenti et siqua virginum fatuaꝝ hoc non expitur huius rei hanc veraciter reor esse causaꝫ. quia non relinqueret carnales delicias siue voluptates pure et simpliciter ꝓpter deum. qualem fineꝫ et modū terrena relinquendi determiat ipe xp̄s. Seruato itaq; modo et fine debito terrena relinquendi. q̄ p relictis carnalibus delicijs virgo p̄udens deliciaꝝ centuplum. id ē multo maiores delicias ꝺsequatur satis videtur innui cum de virgine gloriosa in hoc cantico ecclesie. Speciosa facta es et suauis signanter subiūgitur. In delicijs virginitatis. quasi inter delicias ille smt p̄cipue atq; suauissime. Quap̄opter et ille dulcis p̄ clarevallis. Quid ni inquit delicias dixerim virginitatis decus cū munere fecunditatis quo quidem munere p̄udētes virgines vl̄ spūaliter et magis idcirco delectabiliter ꝺsequēdo nō p̄iuantur. quippe relinquentib9 eis ꝓpter xp̄m omnē venereaꝫ voluptatē. ac per consequēs carnalem fecundationem que solacōsam terminatur ad plem cum p utroq; relicto centuplum scdm diuinam sponsionem debeatur. contingit eas p carnalibus filijs. spūalium filiorꝝ multiplicatione in centuplum fecundari. Iuxta dictum illud ꝓp̄hicum piter et apostolicū. multi filij ꝺserte magꝭ q̄ eiꝰ q̄ habꝫ virꝝ. et hij q̄deꝫ spūales filij tāto sunt iocūdiores magꝭq; ꝺsiderabiles quāto

minorem eis q̄ carnalibus curam educatōis necesse est ipendere. victu namq; non indigent nec vestitum requirūt et hoc quidē ad modum corpm future claritatis. nec mirū. Nempe et ipōrum est q̄ pulcra casta generatō cū claritate. vnde ornatu ppie sibiq; essentialis claritatis sunt contenti. Sed et nihilōiꝰ filij tales cum sint actus intra manentes vl ipīs quibꝰ eliciuntur habitibus sunt vestiti vel saltem caritate informante adornati.

¶ Capitulum septimum continēs consolationes sup carentia cōuiuiorū et multipliciū epularū siue deliciarū in multiplicibꝰ cibarijs et poculis delicatis ꝺistentium.

Septimo post premissa ad sepedictam dominam ꝺsolatricem accessit et alius tristis petēs sup carentia cō = uiuiorū et epularū seu deliciarū hmōi ꝺsolari. cui illa pro consolatione sua de puellis suis quatuor mox adiunxit.

¶ I. CONSIDERATIO.

Prima puella ait ad hominem p̄missa desiderantem. Nonne tibi melius foret nunc carere breuis duratōis ꝺuinio quatenꝰ iugis conuiuij capacior esses q̄ breue eligere et iuge negligere. fateor inque primum melius. Sed ne dubites mundana conuiuia breuis esse durationis. non semp certe sedet ad mensam animalis homo in conuiuijs quibus vacans exponit se piculis. Repitur mirum in sanctorū legēdis q̄ pclitari solet castitas indelicijs. Secundūq; jeronimū. inter epulas et delicias non est credendū pudicicia posse seruari. Cur gº breui durātes delicias diligis et nō potiꝰ ipsis nūc carere eligis vt sis capacior iugis ꝺuinij qđ dictis opponitꝫ piculis. Quod ē illud inqes. Profecto salomon ī ꝓuerbijs illud manifestat dicens. Secura mens quasi iuge ꝺuinium. Huic reuera conuiuio vt de alcioribus taceam non desunt quantum ad cibum natatilia et volatilia grata decoctōne pata. Que nam inq̄es sunt illa. Sunt certe volucres celi et pisces maris qui pambulant semitas maris. Ex hijs namq; fiunt epule secura mente degustande. Nimirū volucres celi sunt sancti in celo qui assumpserunt pennas vt aquile volabunt et non deficiēt. Porro pisces maris. s. huius maris magni et spacioſi manibꝰ. sunt sancti in terra adhuc in pelago huius mundi ꝺstituti qui tamen pambulant semitas maris. s. ad portum salutis breuiori atq; strictiori via tendentes qui iuxta dictum pictagoricum per viam cōmunem non ambulant ne multorum sequantur errores. ¶ Vis autem scire quomodo vel quando ex hijs epule ad gustum secure mentis reficiendum decoquantur. Ecce hoc contingit quando assumuntur ī contemplatōe

tanq̄ grata materia et delectabilis intellectualis decoctionis et effectualis masticatōnis oferente ad hoc pⁱmum igne caritatis. Nimiꝝ dū caritati hominū secure mītis atq; pure sanctꝝ vita in ereis vel in celis existentiū qui dum viuerent tam cōuiuia q̄ alia mūdi delectabilia otempserunt osideranda obicitur. tunc quasi ex oblato seu p̄sentato eis ferculo ipoꝝ mens nō mediocriter recreatur. Ooro quantū ad potum non est opatio cuiusuis mūdani conuiuij adiuge ouiuium añ dictum. Nam si mundanū ouiuium potu cuiusq̄ optimi vini forte abundat huius oditio teste scriptura talis est. q̄ blāde ingredit². ſz in nouissimo mordet vt coluber. O q̄ appetibile ouiuiū cuius potꝰ est vt coluber formidandꝰ. Huius potus non scriptura tantum. ſz et experiētia credentiā nobis facit Non sic de dicto iugi cōuiuio cuius conuiue vino spūalis leticie qō deum et homines letificat mebriant². cuiusq; cōuiue etiam illo ouiuio adhuc in ereis pticipant. de quo in celis ꝑfruendo dictum illud ꝑpheticū potest intelligi. Faciet dñs omnibꝰ populis ouiuiū vindemie defecate. id ē de vino pure leticie sine omnis tristicie admixtione. quale vinum habere mundano conuiuio est impossibile.

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella ad p̄dictū hominem sic ait. Tu si deliciosis cōuiuijs puta osistentibus in cibo et potu delicatis intentꝰ fueris animam tuam vt supra patuit famelicaz facis. Nempe defraudas eam a desiderio suo. gustato quidem spū desipit omnis caro. Igitur scdm loycos a destructōne osequentis. Si tibi non desipit omnis caro quin delicias diligas carnis animam tuā ḡustare sp̄m seu fructibus spūs pasci non p̄mittis. Ooro si que carnis sunt .ſ. exteriora ouiuia et epulas spernis nec in cibo potuue delicias q̄ris. Profecto reficietur anima tua ītemis deliciis. fructibꝰ spūs primis et purissimis necnon et aromaticis. Sz qui nam sunt iquies isti fructus primi et purissimi atq; aromatici. Certe fructus spūs sunt virtutes. Nam apostolus paulus sic accipit fructus spūs vbi dicit fructꝰ spūs. caritas. gaudiū. pax. patientia. ⁊c. Vis aūt scire q̄ hij fructus primi sint ac purissimi sume argumentū ex conditōe arboris. nam qualis arboꝛ talis fructus. Si enim arboꝛ bona fructus bonos facit. consequens est vt arboꝛ optima fructus faciat optimos. nobilissima nobilissimos. purissima purissimos. dulcissima dulcissimos. Sz q̄d spū cuiꝰ tanq̄ arboris sunt dicti fructꝰ melius. nobilius. purius. vel dulcius esse posset. Audi scripturam exclamantē. O q̄ bonus et suauis ē domine spiritus tuꝰ. Vis rursum scire q̄ virtutes sint fructus aromatici seu odoris optimi considera q̄ de virtutum odoribus multa reperiuntur in scripturis. Vnde et de virgine glorioſa ratione virtutum quibus erat vestita cantamus. Cuiꝰ q̄dem inestimabilis odoꝛ erat nimis in vestimentis eiꝰ.

Sunt ergo virtutes fructus odoriferi adeo delectabiles q̄ dicit ob hoc magnus ille archiantistes Ambrosius. virtutes fructus sunt inquantū mentē sincera delectatōne reficiūt. Hinc aūt est p̄ fecto q̄ ipe virtutes ad cōuiuium anime deferunt. Audi pastores dominici gregis. gregorium loquor egregiū de filijs Iob loquē tem. Filij inquit p̄ domos conuiuium faciunt dum virtutes singule iuxta modum p̄p̄m mentem pascunt. Si ergo exteriora conuiuia et delicias declinabis reficietur interior anime gust⁹. immo simℓ et vis⁹. Vñ p̄ vtroq; interiori sensu dicit pſ. Gustate et videte quo niam suauis est dñs. Sed nec isti sensus tantū. sed cū visu etiā au ditus dñte pſ. Audi filia et vide. et iterum audiam quid loquat⁹ in me dominus deus. Pariq; modo est sentiendum et de alijs in teriorib⁹ sensibus. Sed quid. Nunquit non melius est animam cū hijs omnib⁹ delectabiliter refici atq; spūalibus delicijs delecta ri q̄ ipsa cum hijs suis sensibus famelica remanente paupem illū carnalem gustum pump refici solis ſ. delicijs exteriorib⁹ et ca ducis et hoc p̄ sepe in interitum carnis.

¶ III. CONSIDERATIO.

Vercia puella ad hominem p̄dictum diuina eplam et delicia hmōi desiderantes sic ait. Cur ista desideras de quor caren tia potius gaudere deberes q̄ tristari. Eo nimir q̄ frequens eor vsus terribile dei puocat iudicium ad infligendum ppetuos cru ciatus. Semℓ quidem in primo pente expulsus es de paradiso vo luptatis et si fas ē dicere malis dei gratibus iter vis vℓ alterus paradisum voluptatis introire. et nonne hoc est eo amplius formi dandum quo et dignius. p̄sertim in nō miserto paupis puniendus quemadmodum et reperimus punitum. Vide hystoriam de diuite et lazaro. Audi quoq; et circa patrem clareuallis clarissimis ver bis periculum in hac materia declarantem. Ego inquit diuitem de quo saluator facit mentōnem in euangelio in nullo audio ac cusari nisi q̄ induebatur purpura et byſſo et epulabat⁹ quotidie splendide. Si credulitatis eum arguimus q̄ substantiam mūdi ha bens et videns fratres suū egere clauserit viscera sua ab eo. quid dicturi estis qui tot videtis lazaros esurientes et nudos et plus de iumentis vestris q̄ de eor miserijs cogitatis. Vt ad tremēdum iudiciū veniamus abrahe. Memento fili q̄ recepis bona in vita tua et lazarus similiter mala. Verum vtrūq; est. negari non potest fer sententiam qua paucis exp̄ssa est summa negocij. Iste bona et ille mala excepit. Nunc autem hic ꝺsolatur tu aūt cruciaris. Exp giscimini et flete. terribilis in iudicijs deus super filios hominū hoccine est cruciatuū causa tota q̄ in seculo bona receperat. Ira plane. Neq; enim nos ad hoc de padiso voluptatis diuina anim aduersio eiecisse videtur vt alteruſ sibi hoc paradisum adinuentō humana pararet. Hec pater ille.

¶ IIII. CONSIDERATIO.

Quarta puella ad hominem in hoc mūdo delicias pſertim ventris appetentē ſic ait. Nōne te eſſe pfiteris de milicia xp̄iana Profiteor inquies. quippe militia eſt vita hominiſ ſup terram. cur ergo aquirendis te ō delicijs verecūdia non reſtringit. Nimirꝝ bonus miles minime reputa' qui nimis eſt delicat⁹. quis inquies eſt ille. Audi venerandum p̄ſbiterꝝ jeronimū. Nimis delicatus ē miles qui vult hic gaudere cum mundo et poſtmodum regnare cum xp̄o ut de delicijs ad delicias tranſeat. hec jheronim⁹ Sed quid ſi velit. nunquit eſt de re poſſibili velle eius. pfecto mime. Audi itidem p̄ſbiterꝝ eundem. Difficile inquit immo impoſſibile eſt vt p̄ſentibus et futuris quis fruatur bonis vt et hic ventrem et ibi mentem impleat vt de delicijs ad delicias trāſeat et in vtroqꝫ ſeculo ſit beatus et in terra et in celo appeat glorioſus et hoc hui⁹ patris verbum vnam memini de ſororibus meis ſupius iduxiſſe.

¶ V. CONSIDERATIO.

Quinta puella ad hominez p̄edictum voluptatem in ferculis multiplicibus querentem ſic ait. Cur homo appetitū tuū non refrenas. Tu quidem peccas grauiter et in teip̄m. non enim pctm̄ tuum tantum futuro ſtatu ſed in p̄eſenti vindicabitur nec ſemper leuiter ſed multotiens pena mortis. Siquidem hanc ipi cibi et potus multiplices tibi infligunt. Audi illuſtrem ſenecam. Multos inquit morbos fercula multa fecerūt et ſi dicas infirmitas hec non eſt ad mortem. Erras plane. Nōne ſecundum ſcripture teſtimoniuꝫ de vino conſtat ꝙ et cibo conuenit delectabili ꝙ. ſ. blande ingreditur et in fine mordebit vt coluber. Quem pfecto morſū colubrinum mortis inductiuum multi interdum ſentiunt put plane et ad plenum docebit te inferius ſoror mea.

¶ Capitulum octauum otinens oſolationes p̄cipue religioſorum ſup pictantiaꝝ ſolēnium ſeu laute p̄curatōnis carentia. ac ſuper victus ſimplicitate ſeu tenui dieta.

Quarto poſt p̄miſſa ſepedictam dominam oſolatricem adijt et alius quidam triſtis ꝙrens de laute p̄curationis carentia et de tenui dieta. Ad quem oſolandum de ſuis puellis ſeptem aduocauit.

¶ I. CONSIDERATIO.

Prima puella ad hominem iam deſcriptum de ſolennium pictātiaꝝ carentia melancolicum ſic ait. Cur es melancolicus. cur otriſtariſ. An neſcis te opoſitum eſſe ex duplici homine exteriori ſ. et interiori. Quis putas horꝝ melior eſt. quis dignior. quis nobilior. Si dixeris vt oportet ꝙ interior cur ergo non et illi pictantia ſolennis deberetur. cur ſolūmodo ſollicitaris de illius pictantia hominis qui foris eſt. et nō ei⁹ qui intus eſt generoſiorꝭ ad ymaginem dei facti. Sane pictantia ſolennis et optima cui⁹ cōparōne

IX

pictantia omnis exterioꝛ inedia ē in sacra ꝺsistit lectōe verbi dei que ad mensam quidez p̄cipue religiosoꝝ fieri ꝺsuenit. Quod verbum dei ꝓculdubio eo magis attendit² et ꝓfectiꝰ intelligi² ac delectabilius sapit auditoꝛi quo ꝑ multiplicatōnem ferculoꝝ et raritatem. exterioꝛi homini patoꝝ ipe auditoꝛ minꝰ distrahit². Naz et egregius ille dñici gregis pastoꝛ gregoꝛiꝰ in suis moꝛalibꝰ ita dicit. Si carni qȝlibet abscidimus. moꝛ quod delectat inuenimus Nec estimandum sane ꝙ pictantia exterioꝛis. et interioꝛis pictātia hominis ita simꝫ possint stare ꝙ nō alterius. huius vel illius vsui detrahat². Cur ergo in hoc non gaudes ꝙ exterioꝛis hominis pictantia subtrahit² ne si aliter fiat ꝓfctōni recreationis interioꝛis non modica poꝛtō detrahat². aut ne fercula eius reddantur insipida que alias piguedine spūs crassa essent atqz plurimuz sapoꝛosa. dices forte. cur ego redarguoꝛ in hac pte. Neqz iniquitas mea neqz pctm̄ meum cum totuz factum sit ipsi interioꝛi homini imputandū. Is em̄ solus disponit omnia. is solus neglecta ꝑpa de solius exterioꝛis homini lauta ꝓcuratōne seu recreatōne sollicitat². Nō sic euadis tu solo nomine religiose. Memoꝛ sis salutis tue et ꝺsite reatum ꝑpm. Memento facultatis qua dicitur. qui dicit animaz supple solā intelligere simile est ac si dicat eam texere ꝫ edificare. Tu ergo totus culpabilis es. tu es qui gulosus es. tu interioꝛi occasionem das ꝑ ea quidem quibꝰ ab eo distinctus es sensus habēs ꝑnos in malum ab adolescentia sua.

II. CONSIDERATIO

Secunda puella homini ꝑpter paupem victū querulāti sic ait. Animaduerto homo duo in te et ꝙ velles satiari et ꝙ nescis satiari Discas ergo p̄imū satiari. Ecce statue aliquid ī animo quo crederes satiari et nichil ꝑpinquiꝰ atqz ꝓbabius statuere poteris ꝙ ipm̄ satiari. At vero quo dato possis satiari nonne illo in centupluz ꝺmutato magis satiaberis. Vtiqz. Sz quid. Procerto tolera patienter inopiā et ꝑpter deum relinque satietatis copiā et secūꝺ ipsius dei sponsionem centuplum accipies in hac vita. id est cētupliciter satiaberis et hīc forte pastoꝛ noster gregoꝛiꝰ videtur sic dixisse. Scit satiari qui alim̄toꝝ inopiam sme murmure tolerat. Scit inquit satiari in dctō. s. centuplo in qȝ exterioꝛis hominis satietas est mutata qȝ nimiꝝ centuplū foꝛmaliter ꝺsistit in aliq̄ satietate ad ipius interioꝛis hominis recreatōnem pertinente.

III. CONSIDERATIO.

Tercia puella ad p̄dictum querulantem sic ait. Cur de simplici dieta turbaris. Esto em̄ ꝙ hec forte ī aliquo homine bono creat delectatōnis tamen maius bonū ꝺfert vtpote existens sanitatis ꝺseruatiua et pulcritudinis nutritiua. Vis hꝰ scire. exemplo disce. patz nanqz hoc exemplariter in daniele et socijs eiꝰ. Legit² em̄ ꝙ daniel iuenit grāz et misericoꝛdiā apꝺ p̄incipē eunuchoꝝ.

Dixitq3 ad malazar quem pr̃inceps constituerat super eos· Temp
ta nos obsecro seruos tuos decem diebus· et dentur nobis legumi
na ad vescendum· et aqua ad bibendum· et contemplare vultꝰ no
stros et vultus puerorꝝ qui vescunt̃ cibo regio· et sicut videris fic
facias· sequitur ꝙ post decem dies appuerunt vultus eorum me=
liores et corpulentiores pr̃e omnibus pueris qui vescebantur ci=
bo regio·

IIII· CONSIDERATIO·

QVarta puella ad hominẽ de paupe victu querulantes sic ait·
Cur de hoc g̃uaris animo qđ natum est a g̃ui egritudine p̃ser
uare· Quid nam inquies est hoc· Profecto victꝰ simplex· Nimirꝝ
id qđ potest egritudinem pr̃esentẽ curare· videtur etiã posse· a nõ=
dũ exñte hominem p̃seruare· Sz quid· Reuera victꝰ simplex g̃uem
videtur egritudinem posse curare· p̃sertim contractam ex delicatis
et largis epulis que anime nocẽt· et corpi· Audi de hoc venerabi
lem Ieronimũ cuiꝰ in ꝓposito venerabile volumẽ decretorꝝ dct̃m
inducit· legimꝰ inquit quosdam morbo articulari et podagre hu=
moribus laborantes p̃scriptõne bonorꝝ ad simplicem mensam· et
paupes cibos r̃dactos dualuisse· Caruerãt em̃ sollicitudine dispẽ=
sande domus et epularꝝ largitate que et corpus frangunt et ani=
mum· hec pater ille sanctissimus·

V· CONSIDERATIO·

QVinta puella ad p̃dictum sic ait· Cur homo de re iocunda tri
staris· et de rerꝝ horendarꝝ carentia· de qua gaudendũ esset
turbaris· Dices forte que res sunt iste· Profecto res p̃ima est sim
plex victus mediocris mense· Scde vero res sunt diuitũ mense aut
dsimiles pictantie· Audi johãnem os aureũ· Simpliciorꝝ inquit vi
ctus et mensa mediocris pr̃imum iocunditatis habet et voluptа=
tis· ecõuerso vero diuitum mense execrabiles quidẽ et horride ac
menbrorꝝ dtaminatõis plene· hec ille· et ratio dicti ī ꝓmptu ptz·
Nimirꝝ os hominis dicit̃ esse neq̃· sed mensa diuitis nequior est·
Decipitur em̃ os ab illa magis q̃ decipiat· Sane diues ī mẽsa sua
quibuslibet bonis abundante· dum ei varij et rari cibi varijs mo=
dis p̃pati offerunt̃ singulos ad sui gustum allicientes tanq̃ ami=
cos nature osculo recipit· quo post breue dũ digerendi fuerint tã
q̃ exneos siue hostes naturã ipaz inpugnantes sentire incipit· Nõ
sic certe non sic in tenui dieta· nõ sic simplex victꝰ pugnat cuz na
tura· sed tanq̃ familiaris domesticus pacem habet cuz illa· Audi
helinandũ illum cisterciensem· ad dseruandã inquit· sanitatẽ nihil
efficatiꝰ q̃ cibi et potus idemptitas dseruata· varia em̃ fercula va
riarꝝ sunt naturarꝝ· Omnis aũt talis varietas pit humorum repu=
gnantiaz· et omnis humorꝝ repugnantia repugnat sanitati· Vnde
elegãtissime et prudentissime respondit q̃dam de nostris adolescẽ=
tibꝰ· beluacensi epõ· eum interroganti· vnđ dũgeret ꝙ sanior et

pulcrioꝛ eſſet in claustro. q̄ ſoleret eſſe in ſeculo. qꝫ inquit vnifoꝛ
miter viuo et decenter. de quoꝝ p̄mo habeo vt ſanꝰ ſim. de ſc̄do
vt pulcer ſim. In ſeculo aūt viuebam tā deforміter q̄ mꝫtifoꝛmi =
ter. de quoꝝ p̄imo turpitudo naſcit⁹ etiā coꝛpalis. de ſc̄do egri =
tudo. p̄rexit qꝫ epūs querere dicens. Quid ergo ꝺmediſti hodie. ſa
tis inquit. quid heri ſimiliter ſatiſ. Nō quero inquit ō quantitate.
ſꝫ de qualitate. Quid comediſti heri. quid hodie. Heri inq̄t come =
di piſa et olera. hodie olera et piſa. cras aūt comedā piſa cū oleri
bus. poſt cras olera cū piſis. Vide ergo q̄ pulcro circuitu eandeꝫ
ſententiā circūduxit vt varijs modis oſtēderet eadem ſe ſemp vti
dieta que p̄ſtat coꝛpi et ſanitatem et pulcritudinem.

VI. CONSIDERATIO.

Sexta puella ad p̄dictuꝫ hominē ſic ait. Cur nō magis gaudes
q̄ turberis de victu leuioꝛiſ digeſtiōis et cure minoꝛis. q̄ de
victu peioꝛis digeſtionis maioꝛiſqꝫ ḡuaminis. necnon et maioꝛis
cure et laboꝛis. Qui ſunt foꝛte inquies iſti victꝰ p̄imus et ſecūꝺ
Certe p̄imꝰ victꝰ ꝺſiſtit in rebus ſimplicibꝰ. ſecunꝺꝰ in rebꝰ ca =
rioꝛibus. ſed nō habendis cariꝰ. audi de vtriſqꝫ ſententiā venera =
bilis viri ieronimi decretoꝝ libꝛo venerabiliter inductā. Ne inq̄t
tales accipiamꝰ cibos quos aut difficulter digerere aut comeſtos
magno patos et p̄ditos laboꝛe doleamꝰ. oleꝝ et pomoꝝ ac legu
minū et facilioꝛ appatꝰ eſt et arte ip̄endijſqꝫ coquoꝝ nō ꝺigꝫ.
et ſine cura ſuſtentat humanū genus moderate ſumptus. quia nec
auide deuoꝛat⁹ qꝺ ireꝛitamēta gule nō habet et leuioꝛi digeſtione
decoquitur. Hec vir ille venerabilis.

VII. CONSIDERATIO.

Septima puella ſic ait. ad hominem lautā p̄curatōnem deſide
rantē. Nunq̄ audiuiſti hunc verſum doctrinalē. Omne qꝺ eſt
nimiū vertitur in vitiuꝫ qꝺ ſ. vitiū eſt vtiq̄ fugiendū. Sꝫ quid eſt
nimiū. Profecto in refectōnibꝰ omniſ ille cibꝰ p̄ nimio habendꝰ
eſt qui ſufficientē excedit. diceſ quis eſt ſufficiēſ. Ille hautdubiū
de quo ꝺtenta eſt natura. Sꝫ quid. Eſt ne magnū hoc vꝫ puum de
quo natura ꝺtentaꝝ. Eſt p̄certo puū. put patet fideli teſtimonio
Audi ſenecaꝫ illuſtreꝫ. Venter inquit p̄cepta nō audit poſcit et ap
pellat. non eſt tū moleſtꝰ creditoꝛ. puo ꝺtentꝰ eſt ſi das illi quod
debes non qꝺ potes. Audi de hoc etiā boetianā ꝺſolatricem. Si i
quit qꝺ nature ſatis eſt replere indigentiā velis. nichil eſt q̄ foꝛ
tune affluentiā petas. paucis em̄ minimiſqꝫ ꝺtenta eſt natura cꝰ
ſatietatem ſi ſupfluis velis vrgere. aut iniocundum qꝺ infuderis
fiet aut noxiū hec illa. Deniqꝫ ſcꝺm mūdi ſapientem natura nō de
ficit in neceſſarijs. minꝰ aūt deus auctoꝛ nature. Sꝫ dic michi q̄ſo
que ſunt illa alim̄ta neceſſaria de q̄bꝰ homini natura p̄uidit. Pro
fecto artificialibꝰ p̄paratōnibus circūſcriptis. nō ſunt niſi ſimpli
cia nutrim̄ta vt lac mr̄num quo ad puulos. glandes et conſimilia

quo ad adultos. Rudi illustrez boetiũ. Celix inqt nimiũ poz etas. facili que sera solebat. Ieiunia soluere glande. non bachica mune ra nozat. liquido ofundere melle. potũ dabat lubzicus amnis. Bz quid de deo. Certe non est fas vl cogitare q suis seruitozib9 dile ctissimis deficiat in necessarijs dicente pũ. Iacta cogitatũ tuum in dño et ipe te enutriet. Necessaria vero p ipm dilectissimis pzouisa simplicia fuere. nec mlta nec magna. ptz in suis anachozitis et p phetis. Hã paulo pzimo heremite p cozuum hoza pzandij tantuz dimidiũ panem misit. et in aduentu anthonij pbendã duplicauit. Helias etiã in deserto p angelum excitatus a somno vt omederz. deo puidente inuenit ad caput suũ subcinericiũ panem et vas aq ad omedendũ. s. et bibendũ et ambulauit in fozticudine cibi illius quadraginta dieb9 et quadraginta noctibus vsqz ad montem dei oreb. et nunquit illi poterat deus lautiozẽ mensaz facere in deser to. Vtiqz poterat. sed nõ fecit. Danieli et seruo suo in lacu leonuz ostituto p abacuc pphã misit pulmentum coctũ p messoribus et intritum panem in alueolo. heccine aũt puisio singulis facta pdi ctoz nõne satis simplex. fuit omnino. qõ nimirum et in nobis mi nus deo dilectis minusqz dignis lauti9 pcurari merito rstringere poterit omnis supfluitatis appetitum.

Capitulum nonum otinens osolatões spãliter sup carẽtia po tus vini vl sicere et necessitate potandi aquam.

Dono post pmissa adijt tristis alius dñam supzadictaz oquerens de carentia pot9 vini. cui ipa p osolatõne sua duas adiunxit puellas.

I. CONSIDERATIO.

Prima itaqz puella ad hominez eundẽ de potus vini vl sicere carentia querulantem sic ait. O tu homo animalis cur potum huiuscemodi p ceteris animantib9. Quis em potũ vini delicatissi mis tribuit auiculis. Bz nec auiũ nec leo rex animaliũ potum vini desiderat. quinimmo pot9 legimus sicut sitit ceruus ad fõtes aq rum. Tu igitur potum vini vl desideras ppter honozẽ. vl ppter ne cessitatẽ vel ppter delectatõnẽ seu voluptatẽ de solo pzimo michi assumo. reliqua duo sozoi mee relinquo. Dico igic tibi. si potum vini desideras ppter honozẽ vtpote qui de vini carentia erubescis Ereas plane. Vanus est em honoz ille quẽ si queris est argumẽtuz otra te et p virtute careas fozticudinis q resistere valeas caro mo dico venticlo vanitatis. pqz etiã virtute careas magnanimitatis q honozem tam modicuz puipendas. Deniqz si carentia honozis hu iusmodi te pump fozsitan huiliaret. Rtqz sic ad uirtutem humilita tis te disponeret. aut ipam augeret. maius bonum incompabiliter esset talis humiliatõ p dicti honozis tam modici conseruatio.

II. CONSIDERATIO

IX

Scda puella sic ad tristē ait. O amice si circūscripto de quo iā soror mea locuta ē honore. potū vini desideras vt necessariū homini. quare tūc dixiſſ ysaias sitientes venite ad aquas. q̄re et salomon in pū. aqua frigida anime sitiēti. quare dixiſſ et vt tactū est prius insignis ille boeti9. Felix nimiū prior etas. somnos dabat herba salubres. umbras altissima pinus. potū quoq; lubricus amnis. nō bachica munera norat. liquido ofundere melle. vtinaz mō nostra rediret. in mores tēpa priscos. hec ille. Dices forte q̄ non redibunt. q̄z modo post illa prisca tempa. potus vini necessarius est homini. Quod si est ita quare tūc octouian9 augustus q̄rentem de inopia et caritate vini populum seuissima cohercuit voce. satis puisum dicens q̄ aquis abundabant. Rursus si potus vini necessarius est homini. qūo tūc Iohānes baptista vinum et sicera non bibit. Aut quomō beatus ille pater domnicus dum in iuuentute palentie studuisset vinū pdecēniuz non bibebat vt animū transferz ad sapientiā. sciens q̄ aliqua sapientie salutaris et vini potus p̄imum discrearent. Si vero scōm illustrem boetiū vinum moderate sumptū acuit ingeniū ocedo hoc bonū. Sz maius malū expimur. q̄ vinuz. s. modicū etiā sumptū ad bibendū ampli9 acuit appetitum. Quippe abyssus abyssum inuocat. Deniq; si pot9 vini est necessari9 qūo tūc pſone mḱte eiusdem nobiscū speciei cū vini carentia sani viuūt et longeui. quoz nōnulli nec vinuz appetunt nec gustare possunt. q̄ nichilō9 viuidi sunt rubentes genas habētes oraq; flāmantia. quibus et iocunditas inest bone societatis et ouictus. Postremo si vini pot9 est necessari9. qūo tunc de9 minus q̄ natura deficiens in necessarijs dilectissimis suis anacharitis p uisis q̄nq; de pane ℓ de dactilis. de vino nō legit² puidisse. Dices forte osuetudo potus vini necessitatē induxit. quid ergo michi dicis de captiuis eiusdem osuetudinis quibus cum pane aqua recēs pictantia videretur. et licet osuetudo sit nonnullis altera natura vel naturam alterauerit. vt potum vini requirat. quia tamē ipa natura non est. facile redit homo ad naturam vt sic cesset necessitas pot9 vini. Igit² bibēdo vinū nō necessitati osulitur. sed delectatōi seu voluptati puidetur. Vis mō scire q̄tū in hoc osistat hominis detrimentum. Ecce puritatē tollit hec voluptas atq; mercedez puritatis que celestem mercedem non mediocriter emulat². cui9 notabile pticipium tribuit puritas in hac vita. Vis hoc scire. patrū libzum legito et johannem abbatē inuenies puritatis naturā et qō ex ea homo osequit² bonum omni corpali potui preualens declarantem.

¶ Capitulum decimum continens consolationes hominis in temperati super astrictione ad temperantiam in cibis et in potib9 obseruandam.

DEcimo post premissa accessit et alius tristis ad dominam consolatricem conquerens. q̄ ad temperantiam in victu obseruandam essz obligatus cui illa p̄ cōsolatōne de suis puellis sex adiunxit.

I. CONSIDERATIO.

PRima puella ad hoiez illū intēpatum omessatōibus et ebrietatib⁹ deditū sic ait. Nōne innuit aplus paulus scribens ad romanos requiri ad hoc vt honeste ambulem⁹. q̄ intemperantiā in comessationib⁹ et ebrietatib⁹ non sectemur. Tu vero si nō doctrine apli huius nec alijs credis sanctoz dogmatib⁹. crede l' gentilibus et attende dicta arestotilis viri gentilis. et scies q̄ tpantiaz seruare mlto tibi meli⁹ ē q̄ intpate cibis te et potib⁹ intentū esse In mortis nanqz articlo ostitut⁹ sic ad suos discipulos est locut⁹ Nescitis q̄ plz⁹ purus et pfect⁹ mortificauit omnia desideria sua in hoc seclo in comessatōne potu et vestitu et alijs delectatōib⁹. et thesauris auri et argenti. et otempsit oms delectatōes adducētes ipm ad destructōnez corpis et anime. qz qui intent⁹ est multū omessatōni et potui et vtitur hmōi minimis delectatōib⁹ i quib⁹ delectat' tm̄ tpe quo omedit. corrūpit corp⁹ suum infirmitatibus et tristicijs. hec ille gentilis catholico multū similis.

II. CONSIDERATIO.

SEcunda puella ad hominē illū astrictum ad edendū et bibēdum tpate et obhoc turbatum sic ait. O homo cur de tpantia seruanda turbaris. signum est q̄ bona que opat' et mala intēpantie nōdum didicisti. Vis ergo vtrūqz scire. Audi johānem os aureum cui⁹ dictū in hac materia liber inducit decretoz. Nichil inqt sic iocundū est sicut cib⁹ bene digest⁹ aut decoctus. nichil salutē sic opatur. nichil sic egritudines fugat sicut moderata refectio. sufficiētia q̄ppe cum nutrim̄to et sospitatē simul pcreat et etiā voluptatē. Glosa. id est hilaritatē. seq̄tur. abundantia vero morbuz facit et molestias ingerit et egritudines generat. qđ em̄ facit fames hoc etiā plenitudo ciboz. magis aūt multo homini peioza. fames quippe in paucis dieb⁹ aufert hoiez. et liberat ex hac vita penali. excessus vero ciboz otra statuta et putrescere facit corp⁹ humanū et macerat egritudine diuturna. et tūc cū morte crudeli osumit. hec ille. jo. Bz et venerabilis Ieronim⁹ ocordans. morbi inquit saturitate nimia ocitant'. mlti qz in patiētia gule vomitu remediant' et qđ turpiter igesserūt turpiter egerūt. Deniqz vulgatū est vbū q̄ mlto plres occidit gula q̄ gladi⁹. Bz et eccliastic⁹ dic' In multis escis erit infirmitas. et ꝓpter crapulaz mlti obierūt. qui aūt abstinens est adiciet vitam.

III. CONSIDERATIO.

TErcia puella ad hoiez rōne vsus vel desiderij multitudis ferculoz et sollicite ꝓpatōnis intēpatū sic ait. Taceo de mltis

que iã audiuisti vnũ solum qđ plꝰ de malo habet q̄ habeat de bo no·ferculoꝝ varia multiplicitas est nocumtum seu ḡuamẽ qđ in= fertur stomacho ita vt infelix reputet² ex cuiꝰ q̄dem ḡuamie ī hu mano coꝛpe pueniũt multa mala·Verũ ipm ḡuamẽ stomachi dul cis ille pater clareuallis otra nõnullos guloſos p̄latos clare põ= derat et declarat·Tãta inq̄t accuratõe et arte coquoꝝ cũcta opã= tur quatuoꝛ aut quinq; ferculis deuoꝛatis pꝛima non impediant nouissima nec satietas minuat appetitũ·palatũ quippe duꝫ nouel lis seducit² odimentis paulatim diſuescit ognita et ad suos extra neos velut adhuc ieiunũ auide renouatur in deſideria· Venter q̄ dem dũ nescit oꝛnat²·ſꝫ varietas tollit fastidiũ· Quia vero puras vt eas natura creauit epulas·fastidimꝰ dum alie alijs multipha = rie pmiscent² et spꝛetis naturalibꝰ quos deus indidit rebus·qui = busdam adulterinis gula puocatur sapoꝛibus transit²·nimiꝝ me ra neceſſitas ſꝫ nec dum delectatõ supatur·quis em̄ dicere sufficit quot modis vt cetera taceaꝫ sola oua versant² et vexantur·quãto studio euertunt² et subuertuntur liquantur durant² minuuntur et nunc quidez frixa nũc assa nũc farsa nũc mixtim nũc sigillatim ap ponunt²·Vt quid aũt hec omnia nisi vt soli fastidio ꝺsulatur·Ipa deinꝺ qualitas rei talis de foꝛis apparere curatur vt non minus aspectus q̄ gustus delectet vt cum iam stomachus creboꝛis ructi = bus repletum se indicet nec dum tamẽ curiositas satietur· ſꝫ dum oculi coloꝛibus palatum sapoꝛibꝰ illiciuntur infelix stomachus cui nec coloꝛes lucẽt nec sapoꝛes demulcent duꝫ omnia suscipere cogitur oppꝛessu magis obꝛuitur q̄ reficitur·hec ille dilectissimꝰ pater·

IIII·CONSIDERATIO.

QVarta puella ad p̄dictũ hoiem sic ait Cur de seruando tẽpan tiam turbaris vt guloſus·ꝺsidera eiꝰ laudem et vitij sibi op= siti vitupiuꝫ et digne cessabit in te passio tristicie·De laude tẽpan tie·Audi johãnem os aureũ decretoꝝ volumie allegatũ·Nichil ī quit sic sensuũ acumen opatur sicut refectio moderata Audi et ve nerabilem jeronimũ p̄sbiteꝝ·modicꝰ inquit ac moderatus cibus et carni et anime vtilis est· Ecõtra aũt si de vitij oppoſiti vitupio velis scire· Audi gratianũ·venter inquit piguis vt jeronimus ait grossum sensum generat·Audi quoq; ysidoꝝ·Gule inquit saturi = tas nimia aciẽ mentis obtundit ingeniũq; euertere facit·Audi jo hannem casꝰ·Non sola inquit crapula mentem inebꝛiare ꝺsueuit verum etiam cunctaꝝ escarum nimietas vacillantẽ eam ac nuta= bundam eam reddit·omniq; integritatis ac puritatis contempla = tione diſpoliat· Deniq; audi et Galienum virum doctissimum ypocratis interpꝛetem ex dictis jeronimi in p̄dicto decretoꝛum volumine allegatuꝫ·qui dicit in exoꝛdio medicine Atletas quoꝝ vita et ars sagina est nec viuere posse diu nec sanos esse animasq;

ita nimio sanguine et adipibus quasi luto inuolutas nichil te-
nue nihil celeste ·sed semper de carnibus eructuare et ventris in
gluuie cogitare

V. CONSIDERATIO.

QVinta puella ad hominem de seruanda in edendo et biben-
do tempantia contristatum sic ait. Cur inimicaris tempantie
cum potius deberes gaudenter illam sectari·ne intemperantia ad
multa mala te deduceret veneree voluptatis supi⁹ declarata·Nē
p̄e q̄ hoc sit tibi formidādum docent plurima testimonia·Audi p̄-
mo jchānē cassi·Nūq̄ inquit poterit ardentes ocupiscētie stimꝰlos
inhibere quisquis desideria gule refrenare nequiuerit·hec ille·et
ecce desideria inquit gule que quidē tam in comessatōnibus q̄ in
ebrietatibus siue in excessu cibi et potus scitur osistere·Nonne ēm
ardētes ocupiscētie stimuli seu libidīes sequūt² excessuz cibi·certe
sic·Audi ysidoꝛ hoc osiderantem·Ciboꝛ inquit saturitas carnis
luxuriam suscitat edacitatis vitio crescit carnis temptatō saturita
ti semp libido adiuncta ē·Nōne etiā libido sequitur excessum ī po
tu·Audi venerabilem jeronimū p̄sbiteꝛ·Venter inquit mero estu
ans cito spumat in libidinem. Venter ēm et genitalia vicina sunt
et vnum alteri ministrat·ex vicinitate ēm menbꝛoꝛ sequitur cōfe
deratō vitōꝛ·hec ille venerabilis·Qui rursum alibi quantum ad
excessuz cibi dicit sic·Semper saturitati iuncta lasciuia est. vicina
sunt sibi venter et genitalia p̄ menbꝛoꝛ ordine ordo vitioꝛ·hec
ille·Si igitur non habita ciboꝛ copia delicatoꝛum desideriuz eo
ꝛum te cruciat cogita q̄ eoꝛum copiā si haberes te fortassis tantū
vel etiam magis cruciaret desiderium vel confunderet exercitiū
actuum venereoꝛ. Nec istud modicum quidem. Nimirum p̄ hoc
virtutes anime destruerentur·Audi de hoc pastoꝛē gregis domi-
nici gregoꝛium. Coquoꝛ inquit p̄inceps muros jheruſalē deicit
quia dum venter ingluuie tenditur virtutes anime per luxuriam
destruuntur·Hanc quoq̄ sentētiam vna cum p̄cedēti simul ponit
ille Gratianus·Ventris inquit ingluuies ad luxuriam facile pro-
uocat et omne opus bonum dissoluit. vnd venter et genitalia sibi
metipsis vicina sunt vt ex vicinitate menbꝛoꝛum confederatio in-
telligatur vitoꝛum·Hinc etiam nabuzardam p̄inceps coquoꝛum
muros jheruſalē destruxisse legitur quia venter cui coquoꝛum mul
titudo deseruit edificia virtutuz ad solum redigit. Hec gratianus
Sed nonne destructio virtutum anime·damnuz hominis est p̄sus
inestimabile.

VI. CONSIDERATIO.

SExta puella ad sepedictum hominem de seruando temperan-
tiam contristatum sic ait·Nequaq̄ homo hac de causa trista-
ri posses. quinimmo potius gauderes si que qualia et quanta

et tpantia seu sobrietate bona homini pueniunt diligenter aduer
teres. Queso igitur vt testibus credas veridicis q̄ hoc mānifestant.
Audi primo magnum patrem augustinum. Sobrietas inquit men-
tis est et sensus membrorum omnium corporisq̄ tutela castitatis
pudicicieq̄ munimen pudori prima amicicie pacisq̄ serua bone-
statiq̄ semper coniuncta criminum vitiorumq̄ omnium profuga.
hec magnus pater. Qui rursum eandem virtutem commendans.
Sobrietas inquit est recti iudicij tenax memorie recordatōisq̄ in
separabilis. sapientie secretorum custos archani velamen. lectio-
num et doctrine capax. studiorum et artium bonarum disciplina
pariter et magīa. ingeniorum et capiendorum pedissequa. bone fa
me semper auida in cogitatōnibus salubria atq̄ vtilia versans vir
tutis singulare auxilium. cuncta cum ratōne disponens. in congre
gatōne honestorum seipsam semper ingerens. hec pater p̄dictus.
Qui rursum ipsam sobrietatem sic emendat. Sobrietatis perseue-
rantia inestimabilis est animi fortitudo. omnes eaq̄ virtutes et om
nes laudum tituli semp concupiscunt. quia sine ipsa ornari ac pla
cere non possent. hec iterum idem pater. Audi denicq̄ et illustrem
origenem. Sobrietas inquit omnium virtutum mater est sicut ecō
uerso ebrietas omnium vitiorum.

¶ Capitulum vndecimum continēs consolationes sup ieiunio et abstinentia.

Vndecimo post premissa sepedictam dominam etiaq̄ ali
us tristis pro consolatione super ieiunijs et abstinen
tijs requisiuit. cui ipsa de suis puellis mox sex ad-
iunxit.

¶ I. CONSIDERATIO.

Prima puella ad hominem istum propter ieiunium de proxio
imminens contristatum sic ait. Tu cum ieiunas noli fieri sicut
ypocrita tristis. Nec te ad hoc moueat si ieiunium boni alicui? sit
priuatō puta esus cibi delectabilis. Nēpe teste venerabili grego-
rio prout liber decretorum cōmemorat. Non mediocriter errant q̄
magno bono preferunt mediocre bonum. vti scilicet in proposito
bonum istud cuius ieiunium est priuatio. Presertim cum nec illud
bonū dici mereatur mediocre rīspectu magnorū bonorū. ad que ie
iunium cōfert. Que nam inquies sunt illa. Profecto licet illa plu
ra sint prout illustrium virorum patere poterit testimonijs. tamen
ad presens solum tangam corporalia quedam maiora atq̄ meliora
sororibus meis relinquens. Et ecce quantū ad corperalia. Nonne
dicit ecclesiasticus. Non est census super censum salutis corporis.
Illi igitur bono cuius ieiunium ad tempus est priuatō preferēda
est vtiq̄ salus seu sanitas corpalis ad quā profecto multuz ofert

ieiunium ordinatum. Audi venerabilem ieronimum. Mater inquit sanitatis est abstinentia. mater egritudinis est voluptas. Sed et vulgatissimum est q̄ abstinētia est summa medicina. vnde et versu quodam dicitur. Ieiunat medicus. O quanti calores febrium ieiunijs sunt extincti. O quotiēs diuersarum infirmitatū materia in ieiunātibus est ꝺsumpta. O quotiens ex repletione nimia nōnulli palisim et pessimos morbos incurrissent si nō tales vl̄ sanguinem minuēdo vl̄ aliter et cito puta forte p̄ abstinentiā se iuuissent. Audi de hoc ypocratem qui aut ex verbis ieronimi in decretoꝝ volumine recitatur. docet opimis obesa et crassa que crescendi mēsuram impleuerint nisi cito ablatōne sanguinis minuant² in palisim et pessima morboꝝ genera erūpe. et idcirco necessariā esse redemptōnē vt rursum habeant in que possint crescere. non em̄ manere in vno statu natura corpm̄ potest sed aut crescere potest semp aut decrescere semp nec posse viuere animam nisi crescendi capax sit. hec ille. Illis ergo quos intp̄ātia sic repleuerit vt crescere nō possint expedit vl̄ p̄ parte euacuari aut sanguinē minuendo vel alio hmōi modo. Quid plura. Profecto scdm̄ p̄missa ptz q̄ ieiuniū multotiens infirmū sanat et sanū ab infirmitate vel etiā a morte qñq̄ p̄seruat et a medicoꝝ p̄ dñs salario suppoꝛtat. Itaq̄ corrolarie sequitur q̄ contra discreta ieiunia non est credendum medicine. Audi ambrosium illum insignem cuius dictum volumen inducit decretoꝛum. Contraria inquit conditōni diuine p̄ecepta medicine sunt. a ieiunio reuocant. lugubrare non sinunt. ab omni intentione meditationis abducunt ita qui se medicine dederit seipsum sibi abnegat.

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella ad hominē p̄dictum ꝓpter ieiuniū ꝺtristatum sic ait. Cur nō ꝺtra tristiciam attēdis ad hoc bonum ad quod ieiunium ꝺfert. Hoc quidē vnum de maximis ē. Quod inquies ē illud. Ecce si culpa maximum malorꝝ est. sequitur q̄ mors culpe de maximis bonorꝝ est. Verum q̄ hoc bonuz de ieiunio vel causaliter p̄dicetur. ꝺ hoc audi venerabilē antistitē ambrosium. ieiunium inquit mors culpe. excidium delictorꝝ. remedium salutis. Audi quoq̄ patrem clareuallis qui de abstinētia sic dicit. Pro eo q̄ ab ipis licitis abstinem⁹ ea nobis q̄ prius ꝺmisimus illicita cōdonantur. quid ē ꝺonari cōmissa nisi ieiunio breui ieiunia redimi sempiterna. gehennam em̄ meruimus vbi nunq̄ nullus cibus ē nulla consolatō nullus terminus vbi guttam aque diues postulat et accipe non meretur. bonum et salutare ieiunium quo redimuntur eterna supplicia dum remittuntur peccata. hec bñ.

III. CONSIDERATIO.

Tercia puella ait. O homo si maculam turpem haberes ī facie valde gauderes q̄ illā p̄ ieiuniū posses remouere. Sed quid.

Procerto macule vitioꝝ in anima ſunt maculis faciei turpioꝛes. Igitur gaudendū de ieiunio et hilariter ieiunandū. ex eo. ſ. q̄ per ip̄m ieiuniū poſſunt vitia ab anima remoueri. Audi de hoc p̄fationem eccl̄iaſticam de ieiunio ſic dicentē. Qui coꝛpali ieiunio vitia ꝺp̄mis ꝛc̄. Audi quoq; clareualleſem. Ieiuniū inq̄t nō ſolū ablutō eſt pc̄tōꝝ ſz et extirpatō vitioꝝ. non ſolū obtinet veniā ſz meret² gr̄am. non ſolū delet pc̄tā p̄terita que omiſim⁹. ſed et repellit futura que omittere poteram⁹. Audi vlteri⁹ yſidorū q̄poſitū cōſiderantem. Ieiunio inquit libido reſtringit². ieiunio luxuria ſuparat². Audi quoq; petrū Rauēnatē. Ieiuniū inq̄t aufert vitioꝝ moꝛboſ. carnis amputat paſſiones. crimis cauſas q̄pellit. Deniq; audi venerabilem ieronimū. ardentes inquit ꝺyaboli ſagitte ieiunioꝝ et vigiliaꝝ frigoꝛe reſtringende ſunt. Vñ et magn⁹ pater aug⁹. Ieiuniū inq̄t ꝺcupiſcēcie nebulas diſpgit. libidinū ardoꝛeſ extinguit.

IIII. CONSIDERATIO.

Quarta puella ſic ait ad hoiez gule intentū et q̄pter ieiuniū cō triſtatum. Nōne vitium gule hpatu ſuo inuoluēs quaſi q̄dam voꝛago eſt. que ſibi immerſuz facile abſoꝛbet atq; ſuffocat. Certe ſic. nec poteſt p̄babiliter hoc negari. Bz quis non intelligeret hominem voraceꝫ iuxta ſonū vocabuli voꝛagini gule eſſe immerſum. Quapꝛopter valde gaudere habet ſiq̄ rem repiat qua de tali voꝛagine ſupeleuet² vt euadat. Vis aūt ſcire reꝫ hmōi. Noneris hāc eſſe ſanctum eccl̄ie ieiunium vl̄ alias ex oꝛdinata deuotōne aſſumptum. Nonne em̄ ſc̄tā mater eccl̄ia deo ſic loquit² in p̄fatōne. qui coꝛpali ieiunio mentem eleuas. Bz et magn⁹ pater aug⁹. Ieiuniuz inquit purgat mentē. ſubleuat ſenſuz carnē ſp̄ūi ſubicit. q̄zadmoꝺ aūt leue g̃ui ſibi adiuncto p̄dn̄ans ip̄m g̃ue ſecū eleuat. ſic mēs ieiunio eleuata tanq̄ leui exteriꝛez hoiez tanq̄ de ſe graue ſibi ſubiectū ieiunio tanq̄ ei p̄dn̄ans ꝺ p̄dicta gule voꝛagine ſecū eleuat et a pic̄lo liberat. ne abſoꝛbeatur.

V. CONSIDERATIO.

Quinta puella ad p̄dictū hominē ſic ait. Conſidera tu q̄z g̃uat ieiuniū. q̄ eo eſt ſine triſticia ieiunandū. q̄ nulla ē comparatō boni quod ieiuniū aufert. ad bonum quod ieiunium confert. Ieiuniuz quippe delectatiōez cibi exteriꝛi homini aliqualiter aufert. qua delectatōne ieiunādo relicta q̄pter deū interioꝛi homini ſcd̄z diuinam ſpōſionē hac in vita centuplū ꝺfert. Ieiuniū exteriꝛi homini foꝛtitudis aliquid aufert. ſz que illa eſt multo melioꝛ. cōfoꝛtatōnem interioꝛi homini exteriꝛē ei ſubiciens. plane ꝺfert. Ieiunium foꝛſan coꝛpalis virtutis aliq̄ aufert. ſz que m̄lto melioꝛes ſunt ſp̄ūales virtutes que hoiem bonuz faciunt et ad p̄mia eterna diſponunt largitez confert. Audi pꝛeftaōnez quo domino virtutū ꝺo. Qui coꝛpali ieiunio virtutem largiris et pꝛemia. Audi venerā dum archiantiſtitem ambꝛoſium de caſtitate ſpecialiter loquētez.

Nam postq̃ dixit ieiuniuz moꝛs culpe. excidiū delictoꝝ. remediū salutis. radix gr̃e subiungit fundam̃tuz est castitatis et addit. hoc g̃du ad deum citius puenitur. Sz quid hoc melius esse possz. Audi quoqz et venerabilem p̃sbiterꝝ jozonimū generali⁹ loquentem. Ieiunium inq̃t non solū pfecta virtus sz ceteraꝝ virtutū fundam̃tū est et sanctificatō. Audi patrem clareuallis. Ieiuniū inquit oꝛationem deuotōnem et fiduciā donat. Deniqz ꝺsidera q̃ ieiuniū q̃uis cibo videatur ꝺtrariuz. tñ et ip̃m cibus est. Cui⁹ inq̃es. Profecto cibus est virtutis interioꝛem hominem cōfoꝛtantis. Audi leonem papam. Semp inquit virtuti cib⁹ ieiunium fuit De abstinẽtia quoq; p̃deũt caste cogitatōes rōnabiles voluptates. salubꝛia ꝺsilia. et p voluntarias afflictōes caro ocupiscẽtijs mozit'. et virtutib⁹ spūs innouatur. hec ille. Patet igitur p hec omnia ad gaudenter amplectendū ieiunia q̃ nulla est compatō boni qꝺ ieiuniū aufert ad bona que ieiunium ꝺfert.

VI. CONSIDERATIO.

Sexta puella ait. Tu homo qui ieiunium hoꝛres. ꝺsidera q̃ si tibi ieiunium coꝛpoꝛalem cibum subtrahit. tanto mens utilius spūalem tibi cibum attrahit. Qui quidem homini necessarius est. Non em̃ in solo pane viuit homo. sed in omni verbo qꝺ p̃cedit de oꝛe dei. Per cuius carentiam si saluatoꝛ dimiserit nos ieiunos deficiemus in via. Si vis modo scire q̃ verum sit qꝺ dixi. intelligas hoc p̃ simile. Nã sicut qui ieiunat. auidi⁹ postea et ad incoꝛpationem utilius sumit alim̃ta minusqz fastidit melioꝛa. q̃ ille q̃ p̃imo grossioꝛibus se repleuit. Ita nimiꝝ q̃ ex deuotōne ieiunauerit non sic fastidit cibū spūalem sicut ille q̃ p̃ materialem cibum ieiunium soluit. Immo illum spūalem auidi⁹ sumit atqz fructuosi⁹. q̃ppe experientia nos docet ita esse. cū verbū dei qꝺ cibus spūalis est meli⁹ incompabiliter sit audire de mane ieiuno stomacho q̃ post p̃ãdium aut repleto.

Capitulum duodecimum continens ꝺsolatōnes sup inedia siue sup fame et siti.

Duodecimo post p̃missa ad sepedctām dn̄az ꝺsolatricẽ accessit et alius tristis gratia consolatōnis super fame et siti consequende. Cui ipsa de suis puellis duas ꝺsolatoꝛias deputauit.

I. CONSIDERATIO.

tacere qui neſcit·neſcit loqui· ¶Vis ſexto ſcire q̄ ſilentiū cōfert ad pompam ſcientiaꝫ· Audi illū ſydoniū· Natura inquit cōptum eſt vt in oībus artibus ꝟ ſit ſcientie p̄ciſioꝛ pompa quo rariorꝛ· ¶Vis ſeptimo ſcire q̄ ſilentiū ſeruat ſecretū et loquēdi modū· Audi illuſtrem ſenecā·In hoc inquit incūbe vt libentius audias q̄ loquaris qđ tacitū velis nemi dixeris· Audi frequētiuſ q̄ lingua vtere q̄d quid dicturꝰ es anteq̄ alijs ubi dixeris· ¶Vis octauo ſcire q̄ ſilē tiū gratū nutriat et oꝛnatū verbū· Audi ſanctiſſimū p̄rem Gregoꝛium·q̄ſi inquit quoddā nutrimentū verbi eſt cenſura ſilētij et recte q̄ꝫq; excreſcentiā ſermonis accipit qui p̄us oꝛdinate p̄ hūilitatē tacet·Audi rurſum ad idē etiā valeriū maximū·Genepus inquit leuculus augur diuiciaꝫ maximū exemplū nobis reliquit cū eſſꝫ auariſſimus·tanta illi inopia erat ſermonis vt nūmos ciciuſ emittebat q̄ verba dicens ſtudijs ſe abductū· id ē inſtructū nihil tantū in ſe congeſtū eſſe q̄ntuꝫ p̄diſſet relicta eloquētia· ¶Poſtremo ſi vis ſcire q̄ ſilētium p̄ſit multū·Audi illuſtrē ſenecā·Nihil inquit eque p̄derit q̄ quieſcere et mimum cum alijs loqui et plurimū ſecum

¶Capitulum quintū oꝛinens conſolatōes ſup triſticia et triſtabilium incurſu ex q̄cunq; occaſione caſuum foꝛtuitoꝛum ſiue ſup oīm euentu triſtabili·

Quinto poſt p̄miſſa ad p̄ncipalē oſolatricē acceſſit et alius triſtis de triſticia ſua et de triſtabiliū icurſu cōq̄rēdo·que eidem moꝛ de ſuis puellis octo p̄ oſolatione deputauit.

¶I. CONSIDERATIO.

Prima puella ſic ait·Cur homo triſticia grauaris que remediuꝫ habꝫ laudabile in tua p̄tāte conſtitutū·Vis ſcire qđ ſit illud· Audi magnū p̄rem Auguſtinū· Vis inq̄t nunq̄ eſſe triſtis· bñ viue bona vita ſemp gaudiū habꝫ·Doꝛo q̄ dictū remediū triſticie ·ſcꝫ bñ viuere ſit i tua oſtitutū p̄tāte·deo ad hoc pato ſpāliter cooparī plane ex hoc patꝫ q̄ niſi hoc detꝫ ſequeretꝫ bñ viuēdi negligentiaꝫ nō eſſe hōi imputandā· Sꝫ nec p̄ceptū nec oſiliū eſt de impoſſibili quō ergo dictus p̄ diceret bñ viue ſi bñ viuere homi foꝛet impoſſibile·Verū hoc q̄ dicit bona vita ſemp gaudiū habꝫ·illo in ſenſu accipe quo dictū eſt in ip̄o viuimus mouemꝫ et ſumꝰ·et quo dictuꝫ eſt vita veſtra abſcondita eſt cum x̄p̄o in deo·ad hoc nanq; ſequitꝫ ſemp gaudere·ſ·in deo in quo et viuere oſtituitꝫ· Vñ et apl̄s ammonet dicēs ·Gaudete in dño ſp et iteꝫ alibi ſemp gaudete frēs· qđ ſic poſtillat nr̄ aquinēſis·ſp gaudete in deo·qz quiđq̄d malū p̄ueniat eſt incompabile bono qđ eſt deus· et ideo nullū malū illō interrūpit q̄ etiā p̄miſſa verba gaudete ī dño ſp·ſic poſtillat·aliq̄n vero interrūpitꝫ p triſticiam tpalē qđ ſignat impfectōez gaudij·cū em̄ quis p̄fecte gaudet nō interrūpitꝫ de re paꝫ durāte· ¶Nec op ponat q̄s q̄ x̄p̄s via veritas et vita q̄ p̄tm̄ ñ fecit ſꝫ ſp bñ vixit q̄ñ

passurus erat dixit. tristis est anima mea vsq; ad mortē. hoc em̄ videt² fuisse spāle ex hūanor̄ defectuū volūtaria assumptōne. Sicut em̄ p nobis mori voluit vt nobis vitam sic p nobis tristari voluit vt nobis oparet gaudium et leticiam sempiternam.

II. CONSIDERATIO.

Secūda puella sic. ait Nōne monet nos apl̄s vt vl̄sim⁹ spe gaudētes et bñ. stat em̄ q; tristia patientē nō solū osolaret² sz etiā statim gaudiū ei supinducerz p maximū certa spe habita de consequendo post breue vitā tristicie nesciā oiq; gaudio supabundantē in adeptōe gloriosi regni. Quid ergo. Profecto ꝓpter spem huiuscemodi quecūq; tristia iusti deo seruiētes patiant² nō aliud restat eis nisi otinuo gaudio ḡtulari. p̄claro exēplo quorundā monachorum sub p̄re appollonio deo seruientiū. de q̄bus i prm libro sic dr. Supra modū leticia et gaudiū inerat eis et tanta exultatio quanta haberi ab vllo hoim possit in terris. null⁹ i eis tristis oio inueniebat² monebat eos p̄ appollonī⁹. dicens. Non oportere inesse tristiciā his quibus salus in deo est et spes in regno celor̄. tristentur aiebat gentiles. lugeāt iudei. plangāt sine cessatōe peccatores. iusti vero letent². Nam si hij qui terrena diligunt sup caducis rebus letāt². nos qui tāte gl̄ie spez et eternitatis habem⁹ expectatōz cur ñ oino exultatōe gloriem² aut nō apl̄s ita monet. dicēs. sem̄ p gaudete in oib⁹ gr̄as agite. Hec ibi.

III. CONSIDERATIO

Tercia puella sic ait. Bone frater. cur intm̄ de euentu tristabili contristaris. Non oporterz quidē. Dices statim. Quid ergo faciam vt nō otrister sicut ceteri. Ecce patum remediū. p̄uenias omnem euentū tristabilē vt nō ipm in se sz ipm tm̄ in alio expectes cōsiderandū. In quo inquies. Profecto nullibi meli⁹ et securi⁹ q̄p in eo qui est speculū sine macula. In illo etem̄ speculo quodcunq; triste et quātumcūq; pure et simpli⁷ respiciēs nō plus otristaberis q̄p qui oflictū viderz tm̄ in speculo dorso totaliter retro ad oflictum et vultu verso ad speculum Hanc nanq; scōm dispositiōez de patre fratre vel quocūq; amico in conflictu occiso nullam quis tristiciā incurreret sz magis solaciū haberet. suppositō p nulla reflexio vel ymaginatio ipm deduceret ad illud quod forinsecus actum esset. Quis autem nisi mal⁹ et peruersus non afficitur ad dispositionem diuine sapientie que est sicut speculum in quo relucet seculum que eterna ratione regit mundū et omnem mundi euentū attingens a fine vsq; ad finem fortiter et disponens omnia suauiter. Cui us rei causa illa boeciana osolatrix sic exclamat. O q̄ ppetua mundū rōe gubernas forma boni liuore carēs tu cūcta supno ducis ab exemplo. Ad hāc aūt bñ et pure affect⁹ formā boni q̄ vt illa dicit stabilis manēs dat cūcta moueri. quō posz ex his q̄ gerunt² extrinsec⁹ pturbari. hoc etem̄ esz diuinā velle dispositōez cassari q̄ velle qui dē ñ pōt nisi in puersis repiri.

IIII. CONSIDERATIO.



Quarta puella sic ait. Cur homo qui tristaris ex incursu tristabilium. Iam dormire videris atq; de turbantibus somniare. Eu gila itaq; et expgefias et pulsa tristicia sequetur ꝺsolatio. Hempe dum quis grauia somniat magna sequit² ꝺsolatio dum se talia nosse incipit tm̄modo somniasse. Hinc ē ꝙ et tristia patienti ꝙ cōsolatione solet dici tu tandē hec tanq̄ somniū recitabis. Sed quid. Dro fecto ꝙpositū vel in viris pfectis vide² sile. Hoc etē apls paul⁹ īmebat qñ se alijs ꝺnumerās dicebat q̄si tristes semp aūt gaudentes. qꝺ quidē verbū ꝺrdinarius appatus sic exponit. habitu sumus apud quosdā q̄si tristes de tribulatione. ideo dicit q̄si qz non vere tristes. semp aūt eram⁹ vere gaudētes. quia hec tristicia gaudium opatur. tristicia vra habz q̄si gaudiū nō habet. q̄si. q̄re hoc. qz gaudium res certa est. tristicia vero sicut in somnis transit. siquis autē somniū iudicat addit q̄si dicēs. q̄si sedebā. q̄si loq̄bar. et hm̄oi vbiq; dicit q̄si. qz qꝺ videbat dormiēs cū euigilauit nō inuenit. Hec ī glosa. Igitur si tristia pateris non sis vt illa rachel que noluit consolari cum eadem tristia sint in breui ad modū somnij trāsitura.

V. CONSIDERATIO.

Quinta puella sic ait. Quis non gauderet dum tristia pateret² si certus esset in illis cōsistere viculū aureū quo mediāte ex maximo amore traheret² ad deū. Igitur homo fideliter deo seruiens et nūc leta ꝺsequēs nunc tristia patiens merito in hoc euētu gaudere poterit pocius q̄m dolere. cum scire debeat hec sibi donata a deo tanq̄ vinculū amoris aptissimū ad ipsum hominez attrahendū. de quo tractu ait dn̄s ꝙ ꝙphetā. caritate ꝑpetua dilexi te iō attraxi te miserās. Sane de hui⁹ ꝺsideratōe habēda āmonemur ex quodā libro sanctas reuelatōes ꝺtinente qui lux diuinitatis appellat². Oīa inquit que homī aduenerint siue leta siue tristia ex nimia caritate a deo sibi esse donata certissime sciat. oīno ergo credas ꝙ omnia q̄ tibi euenerint siue leta siue tristia ex tāto amore xp̄i et ad tantā vtilitatē tuam tibi ꝙueniāt vt nihil aliud tibi aut aliter euenire velles nec deberes velle. et ideo pro singulis ei laudes et grās agas nulla em̄ aduersantia aīe fideli euenire p̄mittit nisi q̄ntum ad eius sanctitatē et virtutū exercitatōez eius paterna benignitas expedire cognoscit. Esto igitur fidelis et cum aliquid molestie occurrerit suscipe id ac si vinculū aureum sit quod ipe imposuerit tibi quo te ad sui trahat sincerissimū amorem. tu autem statim quasi cōsentiēs ad tractum illum te totum eleua et coz tuum vt magis trahatur ꝙ gratitudinem et patientiam te humilia diligenter attende. qz de⁹ per hec velit opari salutē tuā. Hec ibi.

VI. CONSIDERATIO.

Sexta puella sic ait. Dic homo mihi q̄s doleret de tristicia quā optasz. Quis aūt non optarz parūp tristari eo fine vt a ꝑsona

excellentissima pariter et sup omia diligenda dsolationem gaudio sam tristiciam notabili cū vsura recōpensantē recipe mereret². Sic aūt esse videt² de tristicia seu dolore cordiali qui sinōimus est tristicie·ꝓpheta nō solū de magnitudine verūetiā de multitudie deo dicente· Scdm multitudinē dolorꝝ meorꝝ in corde meo dsolationes tue letificauerūt aiam meā·Dz nōne deo cōsolatori optimo nullus excellentior·Nōne et ipe est sup omia diligendus·Nōne etiā veit post tristiciā sua dsolatio cum vsura·Certe sic· Ita ꝓfecto ꝙ ñ mō ad multitudinē dolorꝝ sequit² cōsolationū atqz gaudiorꝝ adeq̄tio ꝫ etiā intensior dsolatio et gaudiū sequi post dolores et tristicias dsueuerūt·Huius rei gra dixisse videt² ille casꝫ· Bonū insolitū plꝰ amatur et sequēti gaudio dfert dulcedinē tempum p̄missa tristicia· hoc quoqz et illa expta boetiana dsolatrix suaz musam quibusdam similibus sic confirmat· Dulcior est apum mage labor si malꝰ ora prius sapor edat· Gratius astra nitēt vbi nothꝰ desinit imbriferos dare somnos·

VII·CONSIDERACIO·

Septima puella sic ait·O homo cur tristaris de tristicia·Nonne ipius veritatis cui mēdri et fallere semp indignuz fuit huius pollicitatōis verba audiuisti·Tristicia vra vertet² i gaudiū·Audiui inquies etiā euāgelica attestatōne·Atqz cognoui miraculi opatione qui dns in nupcijs aquā mutauit in vinū· aquā lacrimose tristicie in vinū gaudiose leticie·Quid ergo· Profecto sicut si homo de certo sciret ꝙ omꝰ sui lapides in aurꝝ verterent² mirꝝ essꝫ si nō ꝙnto plures lapides haberet tanto maiorē dsolatōez recipet·Velletqz habere maiores lapides libentiꝰ ꝙ minores·Ita et in ꝓposito mirꝝ est valde ꝙ homo ex incursu tristabiliū dsolationē nō recipit et tanto maiorē ꝙnto tristabilia sunt maiora eo quidē ꝙ ꝫm p̄missā ipius dei ꝓmissionē certū est ꝙ oia hmōi tristia que hō sustinet ꝓpter deum tanꝙ materia duertent² in gaudiū ipius tristicie ac si nūꝙ fuisset exclusiuū·nūquid igit² hoc gaudiū nō plus valet incōparabiliter ꝙ aurꝝ·siquidē aurꝝ ideo diligit²·quia natum est letificare et generare gaudiū·ac ꝓinde cui occurrūt tristabilia cū duertant² in gaudiū nō minus poterit consolari ꝙ cuius lapides duerterentur in aurꝝ·Sed dices forte·si tristicia vertetur in gaudiū dic mihi quando et inquantū ·Profecto si scire velis quando·certum est ꝙ vel in hac vita vel in futura·Siquidē in hac vita multi essent cōtenti de consolatione hac festina·Si vero in futura ꝓculdubio eo meliꝰ ē quo et homini sperandū est·ꝙ hoc gaudiū ad festa ptineat gaudiorꝝ que licz hic sint tantū annua· In vita tñ futura continua sunt et perpetua·Sane ꝙ tristicia iuxta diuinā spōsionē vertatur in gaudiū nulli dubiū quin hoc fiat in futura vita·Si autem non et i ista saltez quantū ad perfectos quomodo tūc dixisse i sua canonica Iacobꝰ alphei· Omne gaudiū existimate frēs mei cū i temptatōes

varias incideritis. nec credendū est ꝙ tantus apostolus qui frater domini dictus est falsam aut impossibilē fribus suaserit estimatōez Hoc nimiꝝ sane haberi poterat hoc in sensu. oīe gaudiū id ē equi ualēs oīi gaudio mūdiali. Ozo si agatur de gaudij q̄ntitate nō est dubitandū qñ vna q̄si gutta tristabiliū verta² saltē in futuro in gaudiū q̄si mille carrataꝝ. immo q̄si intozrentē seu fluuiuꝝ gaudioꝝ. quēadmodum ꝓsapas dñm de ihr̄m sic dixisse recitat. ecce ego declinabo sup eā q̄si fluuiū pacis. s. cozdis q̄ excludit omnem tristiciam dolozis cozdialis.

VIII. CONSIDERATIO.

Octaua puella sic ait ad tristē. Aduerto ꝙ tristaris et penitētia duceris. spāliter de p̄teritis. vt de via q̄m fecisti. vt de actu q̄z pegisti aut neglexisti. Cur aūt hoc. Dices forte ꝓpter euentū tristabilē qm̄ infoztuniū est secutuꝝ puta amissio reꝝ puta mēbri pditio aut infirmitas multū ḡuis. Bz heccine occasio tristicie ñ est sufficiens falliqz videris ꝙ fallaciā ꝺsequētis cū de dicta cogitas oñtia mīme forsan necessaria. Cogita igit² magis si ꝙ aliā viam venisses vel aliud opus pegisses vel si nō tale opus neglexisses. Damnum multo maius vel piculū aut forte mozte incurrisses. Quicqd igit² aduersi tibi acciderit cogita id deo volēte factū esse et ꝙ tuo meliozi. Audi q̄d veridica audiui relatōne recitari. Erat quidā armiger cuius vxoz tantā in dño spē habuit ꝙ ad oīe triste qd circa se vel suos acciderꝝ. sp solebat dicere ꝓ meliozi est. Accidit aūt ꝙ ille armiger vir suus cāu quodā oculū vnū pderet q̄z et in hoc caū vxoz sancta et deuota misa est ꝺsolari dicēs et illud sibi deo ꝓmittēte ꝓ meliozi suo cōtigisse. Armiger aūt ille egestate forte cogente licet vno oculo ꝓiuatus ꝓrexit ad litranos et ad seruiciū ibi cuiusdam p̄ncipis est recept⁹ cui cū ꝓ aliqd temp⁹ ḡtissime seruiuisset et tandem p̄nceps ille infirmitate ꝓuent⁹ mozteꝝ sibi sentirꝝ iminere voluit iux̄ ꝓincipū illius patrie ꝺsuetudinē secum mozi vnū de suis famulis fideliozē atqz magis gratū vt ei etiā in alio seculo seruirꝝ quomō cremari ad moziendū cum dño ad honozē magnum tali famulo cedere reputa². Nūciari igi² fecit p̄dicto armigero ꝙ cremari deberet et sic secum mozi eo ꝓ ipsum in hoc ꝓpter suum fidele et gratum seruicium et dilectionez quā haberet ad ipsum ꝓe oīibus suis famulis honozare cogitasset. Quo audito armiger ille simulabat se per hoc maxime honozari atqz gratiarum referens actiones dixit ad nuncios. licet mihi ista exhibitio ad maximum cedat honozem. cum dicatis domino meo ꝙ et in hoc articulo volo ipsi domino meo fidelis esse et honozē suuꝝ p̄ponere honozi meo. quia placet mihi ꝙ aliū honozet hñtē duos oculos. nō enim deceret ꝙ dñs meus in alio seculo ꝺparerꝝ cū monoculo seruitoze. quā respōsionem eius dominus ille approbauit et acceptauit iudicans sibi in hoc per dictum armigerꝝ singularez fidelitatem impensam esse

Sic ergo ſepedictus armiger occaſione ꝑdicionis oculi dirā mo:tem euaſit· qđ cū poſtmodum vxori ſue retuliſſet illa dicebat· bene ſciebā q ꝑ meliori tuo erat q oculū ꝑdidiſti· Hec retulit quidā de domo theutonica qui ſe dixit tunc tpis fuiſſe in pruſſia qñ ꝑdictus caſus recēter ꝯtigiſſe narrabat².

CAPITVLVM·VI· CONTINENS CONSOLACIONES SV:PER TRISTICIA DE HOC HABITA QVOD MALI IN HOC MVNDO MELIVS HABENT QVAM BONI.

Sexto poſt ꝓmiſſa ad dñam cōſolatricē acceſſit et alius tri:ſtis ꝗrelam ꝓponēdo q mali in hoc mūdo melius habent q̄ boni· At illa ſibi ꝑ ꝺſolacōe quinq; de ſuis puellis aſſi gnauit.

I·CONSIDERATIO.

Prima puella ad ꝑdictū triſtē ſic ait· pro antiq̄ ꝗrela ꝓponis q malis in hoc mūdo meli⁹ ſit q̄ bonis· Proba q dicī·ſ·ſcſitan dices· Nōne olim ſāct⁹ job ꝺqueſt⁹ ē dicēs· Quare impij viuūt ſub limati alt⁹ ſublenati ſūt ꝺſortatiq; diuiciis ſemē eoꝝ ꝑmanet coꝛā eis· ꝓpinquoꝝ turba et nepotū in ꝺſpectu eoꝝ domuſ eoꝝ ſecure ſunt et pacate et· nō eſt virga dei ſup eos· egrediunt² ꝑuli eoꝛum q̄ſi gregeſ et infātes eoꝝ exultāt luſib⁹· tenēt timpanū et cytharā et gaudēt ad ſonitū oꝛgani· ducūt in bonos dies ſuos· Hec ſanct⁹ job· Nōne et idem ꝺqueſt⁹ eſt olim ſanct⁹ dauid· pene inquit moti ſunt pedes mei· q; celaui ſup iniquos pacē p̄cōꝝ vidēs· ecce ip̄i peccatoꝛes obtinuerūt diuitias et dixi· Quō ſcit de⁹ et ſi ē ſciēcia in excelſo· nūquid vane iuſtificaui coꝛ meū et laui inter innocētes man⁹ meas· et fui flagellat⁹ tota die· Aug⁹ nūq̄d vane ꝛc·i ꝑſona dauid ꝑdidi inquit totū q bn̄ vixi iuſtificaui coꝛ meū ad h⁹ vt ma li ſint felices et ego tribularer· gaudent illi et ego flagelloꝛ· gau dēt qui blaſphemāt deū· flagelloꝛ qui colo deū Burſum ſanct⁹ da uid· Dextera inq̄t eoꝝ dextera iniq̄tatis quoꝝ filij ſicut nouelle plantacionis in iuuētute ſua· Filie eoꝝ ꝺpoſite circūoꝛnate vt ſili tudo templi· Promptuaria eoꝝ plena eructancia ex hoc in illud· Oues eoꝝ fetoſe abūdantes ingreſſib⁹ ſuis boues eoꝝ craſſe· Nō eſt ruina macerie neq; trāſit⁹ neq; clamoꝛ in plateis eoꝝ· Hec ſā:ctus dauid· Nōne aūt et olim ꝓpheta jeremias idem ꝺqueſt⁹ eſt di cens· Iuſtus quidem tu es domine ſi diſputem tecum· verumtn̄ iu:ſta loquaꝛ ad te· quare via impioꝝ ꝓſpera· bene eſt omnibus qui preuaricant² et inique agunt plantaſti eos et radicem miſerūt· ꝓfi ciunt et faciūt fructū· ꝓpe es oꝛi eoꝝ et longe a renibuſ eoꝝ· Hec ꝓpheta· Licet aūt iſta prima facie querelā tuam conuenientem reddere videant²· Non modicū tn̄ erras· ſi non ſint tibi ſignū in bo nū ꝓut eſſe debere vna ſupꝛa de ſoꝛoꝛibus meis euidenci⁹ declara uit· Ceterum vlterioꝛes ad ſingulas antiquarum querelas repſon:ſiones ſequētib⁹ ſoꝛoꝛibus meis duxi relinquendum.

II·CONSIDERACIO

X

Secunda itaq puella ad ꝓdictum hominem de malorum bonis contristatū sic ait. karissime frater si presentis tue tristicie causam cessare videris restat vt et effectu eius cessante ꝑtinꝰ dsoleris. Sed quid. Profecto causa tue tristicie q̄ esse supponis. scz malos abundare bonis non existit. Hec obstat q̄ de impijs job cōcludit. ducunt in bonis dies suos. Est nimirum ꝺra hoc illud qđ ipse job premissis suis verbis subiungit dicens. Verūtamē quia non sunt in manu eorum bona sua cōsilium eorum longe sit a me quasi diceret secundum glosam consiliū meum non erit cum impijs si vie eorū videntur eis bone. si dederint mihi consilium vt sequar eas. non sequar certe. ꝓpter bona que videntur habere. q̄ nō sunt in manu eorum bona sua. Quod dictum quidē verū est. Non sunt in manu impij bona sua. quia in manu sunt dei qui potest auferre et cito aufert. vel per mortem impij q̄m cum interierit nō sumet oīa neq descendet cum eo gloria eius Non sunt in manu impij bona sua quia non sunt sua. Audi senecam. Non est inquit tuum fortuna quod fecit tuum pitum est nempe qđ aduenticium fuit. Audi quoq et augustinū soliloquiorum. Deus inq̄t ꝑ quē discimus aliena esse q̄ aliq̄n nostra et vra esse que aliquādo aliena putauimꝰ. accipe me ab hijs fugientem famulū tuū quia et ista me quando fugiebam a te acceperunt alienum. Audi rursum senecam. Quid inq̄t stultius q̄ in homine aliena laudare. quid eo dementius qui circa se mirat² que ad alium ꝑtinus transferri possunt. non faciunt meliorē equus aurei freni. Non sunt in manu impij bona sua. quia vt sunt in manu eius non sunt bona. Audi tullianam sententiā quod inquit rectū et honestum est et cum virtute id solum arbitror bonum Nūquid potest quitq̄ malo bonū esse. Hec tullius Bona igit² vt sunt ī manu impij id est vt ipe ea recipit. ſ. male non sunt bona. quia omne qđ recipitur ꝑ modum recipiētis recipitur. quēadmodū boni mala bn̄ recipiūt vt ꝓpter hoc diligētibꝰ deū oīa cooperent² in bonū. glosa etiā pcta. Cōcorꝺat quoꝺā ī loco etiā Aug⁹. Ecce inquit factū est malū dum male accipit² bonū. sicut ecōtra apl̄o factū est bonum cū bene accipit² malū. ſ. cū stimulꝰ satbane patiēter portat². Rursum n̄ sunt in manu impij bona sua. quia exteriora bona. non bona malis sed mala sunt eis. Audi salomonem in ꝓuerbijs. Vsqquo inquit stulti que sibi sunt noxia cupiunt. Ecce dicit que sibi sunt noxia et benefit enim iusto dei iudicio vt cum quis se vero domino suo reddit malum seruum illi mala sint ea quibus ipse dominatur quasi suum vindicantia creatorem. Audi ecclesiasticum. Inicium necessarie rei vite hominū aqua ignis et ferrum. sal. lac. et panis similagineus et mel et botrus vue et oleum et vestimentum. Hec omnia sanctis in bona. sic et impijs et peccatoribus in mala conuertentur. Deniq non sunt in manu impij bona sua. quia vt sic sunt extra ordinē vltimi finis. Vbi sciendum q̄ sicut nihil est simpliciter malum nisi

quod cadit ex ordine vltimi finis. Ideoq; mala que boni pacium^r exquo ab ipis ad vltimū finē ordinant^r nō sunt mala simpliciter. ſz ꝓdunt nom̄ mali licz mala videant^r. Vñ et paulus q̄si inquit mo rientes et ecce viuimus. q̄si tristes ſp aūt gaudētes. dic q̄si. ſz ſcdm glosam qō q̄si est hoc. nō est hoc. vt qō q̄si est aut. Ita nihil est bo nū simpliciter nisi qō stat sub ordine finis vltimi Nempe ꝙ e sume tale est alijs causa vt sint talia ꝓticipatiue vt qō sume est calidū ē alijs causa caliditatis. sed finis vltimus est summe bonus quia est ipm bonum simpliciter. igitur causa bonitatis est in alijs quod nō posset esse nisi inquantum starēt sub eius ordine sicut nec sume cali dū possz sibi nō coordiatis esse causa caloris. Quid igitur. Liquet certe manifeste ꝙ bona ipiorū vt sunt in manu eorū non sunt bona sicut nec vt sic. sunt ad finē vltimū ordiata. Tu ergo si bonꝰ es de ꝓsperitate malis nō inuideas tanq̄ de bono. Illa etem̄ eis nō ē bo na. Sz et bonū nō inuidet vt plato dicit Si igit^r inuides malus esse diuinceris et ꝙ bona ꝓ osequēs siq̄ hre te putares tibi ñ essent bōa

CIII. CONSIDERACIO.

Tercia puella sic ait. Nō est homo sicut credis ꝙ scilicz bene sit pueris et male sit bonis Nec obstat ꝙ oquerit^r. Ieremias. bñ est oībus qui ꝓuaricant^r et iniq̄ agūt. nec ꝙ dauid cōqueritur de pace peccatorū. Hempe ad hoc ꝓ interempcōez esse rñdendū satis valet p̄missa sororis mee sīa de exteriorū bonorū ordinacōe facta vl̄ p̄termissa ad vltimū finē quā sīaz ecīā dauid inuit. p̄missis nāq; suis verbis sic subiungit. Existimabaz vt cognoscerē hꝰ laboz ē añ me donec intrē in sāctuariū dei et intelligā i nouissimis eorū. Alia aūt lra hz et intelligā nouissima. q̄si dicat. laboz ē añ me. quō ogno scā ista posse simul stare. ſ. deū esse iustū et res hūanas nosse et gu bernare et nihilominꝰ pueris bñ esse. et pacē peccatores hze. et ele ctis siue iustis qñq; male esse. Sz cessat laboz hoc. siue difficultas cognoscēdi postꝙ intelligunt^r nouissima. id ē fines diuersi malorū et bonorū. Exquo em̄ mali bona q̄ vident^r hze nō ordināt in finem vltimū. Ideo nō sunt eis bona sz mala. exemplo autē est de bonis. Rursum igit^r vt cognoscaſ quō malꝫ bñ sit et bonis male vl̄ ne. Au di magnū p̄rem Augustinū qui dictaz lram sic exponit. Intra ergo inquit in sanctuariū dei aia fidelis et si nescis q̄ rōe fiat crede non iniuste fieri qō finit aut facit deus. Hūana rōne ducebaris diuina autoritate reuocare et crede aliq̄d ibi esse qō te latet. Nā deū puer sum et iniquū nō posse esse sic intrās fide i sanctuariū dei intrās cre dēdo discis intelligēdo. sic em̄ ait donec introeā in sanctuariū dei quo intrat fides et post fidē qō. et intelligā nouissima. Veniēt no uissima qñ nulli bono erit male. nulli malo erit bñ. Quare ergo et mō nō sic. forte et mō sic. Sz qō nūc ē in occulto postea erit in ma nifesto. Ingredere mecū si potes in sanctuariū dei. forte ibi si possū docebo te. Imo disce mecū ab eo qui docz me ecīā nūc ñ malis esse

bene et melius esse bonis q̄ malis·q̄uis nondum venerit bonorum felicitas nondūq; venerit malorum pena nouissima·forte intelliges mecū nō esse bñ malis·Rogo em̄ te et q̄ro a te quare tibi male est· Respōsurus es egestas angit difficultas p̄mit· dolor fortasse membrorum tibi inimicorum·tibi ideo male est quia pateris mala et bñ est illi qui est ipm malū· Multū interest inter malū esse et malum pati Tu qđ pateris nō es·malum em̄ pateris et malus nō es·Ille autem malū nō patit² et malus est·Noli ergo falli· nō pōt fieri vt tibi male sit·quia pateris malū·et illi bñ sit qui est malus· cū em̄ est mal⁹ putas quia nō patit² malum·cū patit² seipm· tibi male est·q̄ malū alienū pateris in corpe tuo·et illi bñ qui malū seipm patit² in corde suo·tibi male est quia malū habes villā·et bñ est illi qui malas habz animā·Hec Aug⁹·

IIII·CONSIDERATIO·

Quarta puella ad simul refellendū omes querelas p̄ius recitatas quantū ad hoc videlz q̄ cū boni aduersitatib⁹ tribulent² pace habeāt peccatores ducētes in bonis dies suos· bñq; sit oib⁹ qui inique agunt· sic ait·Dic q̄so mihi qua in re dissitit q̄ bñ est his qui iniq̄ agūt q̄q; ducunt in bonis dies suos·Forte dices quia locupletes sunt multisq; dñantur ·et in pace cū non sit in mūdo qđ habeant formidare·Erras plane·Dato em̄ q̄ peccatores impij seu iniusti de exteriori pace plus habeant minusq; ab extra q̄ ipi iusti impugnent².ecōtra tñ iusti de interiori pace plus hñt min⁹ ve ab intra impugnant².Audi cassiodorum·Cum inquit peccatores viden² esse locupletes multiq; dñari populis et in mūdo nō esse quē time ant pacē hāe putan².sed pax illa cum sciencia semp litigat et rixatur intrinsecus et cum hostem nō habeat·secuz decertat·Hec ille Sed tu cōsidera quid melius sit ab intra pacē hāe vel ab ex̄·quid vel periculosius sit ab extra impūgnari vel ab intra·Profecto si inimici hoīs domestici eius·si dñs aliquis pugnatur⁹ intraneos sui exercitus timere habeat·multo periculosius est q̄ si ab ex̄neis impugnet².Qui ergo iusti sunt melior sors illorum est etiā i hoc mūdo q̄ sit peccatorum·Nam et teste Augustino·oīs inordinat⁹ aim⁹ sibiipi ē pena

V·CONSIDERACIO·

Quinta puella sic ad tristez ait·Antiquorum querele quas p̄imū sororis mee declarasti non sint tibi occasio cuiusuis tristicie ne dicam inuidie de hoc q̄ mali in hoc seculo plusq̄ boni p̄sperent².Hoc nempe fit diuina dispēsatione ad nr̄e salutis augmentū et glorificatōis documentū·p hoc em̄ boni āmonent² potiora et que mali cōicare nō possunt bona q̄rere sibi vl̄ in statu glorie reseruata·p hāc quidē rōnē hugo regularis ipi aie sue supdictis antiquis qđammō osimiliter q̄rulāti satisfacit·Supposito igit² iuxta querelam antiq̄ q̄ mali in hoc seculo plus q̄ boni p̄sperent² hoc quidē erit resurrectōis future in qua diuina iusticia ab oī secta ocessa exigente·bonis multo meli⁹ q̄ nūc malis et malis multo erit pei⁹ q̄ nūc

bonis euidens argumentū·qđ nimiꝝ argumentū plus de bono cō tinet q̄ sit oīe malū in bonoꝝ aduersitate ꝺsistens vel q̄ sit omne bonū pſperitatis impioꝝ· ¶ Deniqꝫ audi Iobem os aureū decre toꝝ libro inductū et ꝓpositō lucide ꝺcoꝛdantē· Nemo inq̄t vidēs malignos pſperitate gaudere turbet². Nō est em̄ hec retributio ma lignitatis neqꝫ virtutis· At si aliqñ cōtigerit vt aliq̄ sit retributio vel malicie vel virtutis nō tñ ſm q̄ dignū est·sed veluti quidā gu stus vel iusticie vel iudicij vt qui resurrectionē nō credūt talibus doceant². Qñ itaqꝫ videm⁹ malignū diteſcere non subruam². et qñ videmus bonū mala pati nō turbem². illic coꝛona·illic supplicia Est et alia ratio·qꝛ nō pōt mal⁹ in oībus malus esse ſꝫ aliqua bona habꝫ neqꝫ bon⁹ in oībus bon⁹ esse ſꝫ habꝫ aliq̄ pc̄tā qñ ergo habꝫ pſperitatē mal⁹ malo.i.ad malū capitis sui est·cū em̄p ill⁹ paucis bonis retributōeꝫ hic accipit illic iā pleni⁹ puniet². Hec os aureū

¶ Capitulū.vij.ꝺtinens cōsolationes sup diuersis tedijs siue pas sis ab extraneis siue habitis ratione ꝺditionū coniugis.

Septimo post p̄missa ad supradictā dñam cōsolatricē prin cipalē accessit et alius tristis de tedijs suis querulando· Cui moꝛ illa ꝓ ꝺsolatione q̄tuoꝛ de suis puellis adiūxit

¶ I.CONSIDERATIO.

Prima puella ad tristē illū sic ait·Nonne p neptē meā nuprime audiuisti tristiciā bonoꝝ et tristabilia ꝓpter deū patiēter per pessa ꝺuerti in gaudiū·Audiui quidē inq̄es·Sꝫ quid de tedio·Dro fecto nullus dubitat qñ tediū sit de genere tristabiliū cōsolamini itaqꝫ ꝺsolamī quicūqꝫ tedia patim̄i quibusuis angustijs q̄ in gau dia ꝺuertent². Hinc est etem̄ q̄ sare q̄ angustia interp̄tatur in bn̄di ctione mr̄is sue dictū est· deus celi det tibi gaudiuꝫ ꝓ tedio quod perpessa es·

¶ II.CONSIDERACIO.

Secꝺa puella sic ad tristē ait·Dic mihi hō spem tedij de quo do les·Est ne tediū in te aut spūalis exercicij aut vitā pfectā du cendi·Est foꝛsitā inq̄es·Cur aūt sic·Foꝛte dices talis vita ē inio cunda·Sꝫ foꝛti aīo esto et audi magnū Anthoniū docentē discipu los·Hoc inquit sit p̄imū cūctis mandatū nullū in arrepti ꝓpositi vigoꝛe lacessere·ſꝫ q̄ſi incipientē sp augere qđ cepit·Non vos filio oli tediū defatiget· Hec ille p̄ insignis āmonēs filios ne in arre pto ꝓposito spūalis vite vel exercicij tediuꝫ eos defatiget· cur em̄ esset talē vitā ducere tedioſum tanq̄ iniocundū·Non em̄ semp ma net iniocundū·Audi illud Tullianū ꝓuerbiū· Optima inq̄t viuen di rō est eligēda·eā iocūda ꝺsuetudo reddet·Reuertar igr³ ad ver ba anthonij ñ te tediū defatiget·si arta sit via vite huiꝰ·Intra viā cōsuetudinis ducā te p semitas equitatis dicit sapiēs q̄s cū ingreſ sus fueris nō artabūt² greſſus tui et currēs nō habebis offēdiculū

¶ III.CONSIDERATIO.

X

Tercia puella ad tristē de tedio querentē sic ait. Dic hō et mihi spēm tedij tui. Forte inqs. Vxor mea tedio est mihi. deformis ēm est atq; feda. Erras fr. queso dicas mihi si pulcra essz an te diū haberes. Mime forsan inquies. Sz si hn̄ desideres nūc minus te manet tediū. Audi illū theofrastū. Miseri inquit miseria deformis habet' q̄ formosa seruet'. Nihil ēm tutū est in quo tociꝰ ꝓpli vota suspirāt. deniq; cū ista quā habes magis q̄ cū pulcra fas est tibi et possibile aliam ducere oīe tediū remouētē. Quenā inquies ē illa Est reuera dña sapiētia ad secretū cubile tuū introducēda. De hac quidē sapiēs loquēs. Intrās inquit in domū meā quiescā cum illa non ēm habet amaritudinē conuersatio illius nec tedium quietus illius sed leticiā et gaudiū. IIII. CONSIDERATIO.

Quarta puella sic ait. Dic mihi cuiuscūq; sexus sis psona spēm tedij tui. Dices forte femia sum et ideo attediosa. qz viro defectiuo in moribꝰ et distorto suz diuncta mrionio. cuiꝰ rusticitas in discretio et iracūdia me affligūt. Sz tu sorox karissima nequaq̄ ꝓpter hoc desperes. sz pociꝰ desoleris. Quippe oīi malo tedij bonum maiꝰ p hoc deqrisi si tn̄ patiēs fueris. Audi q̄d hugo regl'aris sēti at de malox societate. Idcirco inq̄t mali inter bonos viuere pmittunt' vt illox societas bonox vitam exerceat. et subiūgit de ipis malis. iniq̄tate sua cogūt arciꝰ virtutem q̄rere. Hec ille. Nec mix. Nam et hostes quanto sūt ꝓpinquiores tāto magis cogūt ad arma recurrere. Sz in ꝓposito i recursu ad arma iusticie virtutis dei maximus ꝓfectus desistit. Deniq; circūstans frigus calorē naturalē salutificū ad intra ogregat tocius corpis in salutē. Id ipm sentiendū in ꝓposito de calore diuine amoris. Nam et mala q̄ nos h̄ pmunt teste gregorio ad deum ire cōpellūt. Sed et sm Gregoriū abel fieri non valet quē chaim malicia non exercet.

Capitulum octauum continens consolatōes sup dolore et fletu ac lacrimarum afflictione.

Octauo post pmissa ad principalē desolatricē accessit alius tristis otra dolorē et fletū ac lacrimax afflictōez cōsolationem querens. Cui illa mox p desolatōe de suis puellis sex assignauit. I. CONSIDERATIO.

Prima puella ad dictū tristē de dolore mētis sue querentē sic ait. O si scires virtutē doloris. de dolore habito non doleres Que est inqs virtus eius. Ecce aufert hostibꝰ. id ē nris tēptatoribus optunitatē nos ad temptandū alloquēdi. Nimix sicut in cordibus ociosis et seculariter gaudiosis hostes hmōi tenēt sua parlamenta ad pficiendū temptamēta. Ita et ecōtra optunitatē nō hnt t'r loquēdi dolēti. id ē corde tribulato. huius rei in figura de fatuis amicis Iob et fictis ad tēptandū hostiū aie significaōez gerentibus dicit' in libro Iob. Nō loquebant' ei verbū. videbāt ēm dolorē

vehementē sensus eius. Igitur de dolore nō doleas cōquerendo. sz multo potiꝰ ogaudēdo dicas O felix dolor qui sic os obstruit pessimi inimici.

III. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. Cur de lacmis doles et affligeris. Profecto ñ sic dolerez si tu scires quā vim haberēt lacme otra dolores. Quippe illo facientē q̄ dicit² in fletu solaciū. ipe lacrime quodam solacio dolorē cordis magnū minuunt. ac pter refectionē et alleuiationē mētis ad refrigeratōez pectoris et solamē tristis. cum p oculos lacme exeūt dolorē vna cū ipis euaporare faciūt Vis scire primū effectū. Audi petꝝ quendā blesensem. Multis inqt solacio sunt lacme et expte maxima magnitudinē doloris iminuūt. dolor siquidē spēm ignis gerit qui dum plus tegit² plꝰ ignescit. Vis scire reliquos effectꝰ. Audi archiantistitē Ambrosiū. Dascūt inqt frequēter lacme et mentē alleuiāt. fletꝰ refrigerāt. pectꝰ et mestū solant² Est em̄ pijs affectibꝰ quedā flēdi volūtas et plerūqz lacrimis gnis euaporat dolor.

III. CONSIDERATIO.

Tercia puella sic ait. Vis scire rursū et alios gtos effectꝰ lacrimaꝝ ac modos circa eas gtiorez. Ecce fletū et lacmas osolatio et exultatio solēt seq̄. Nōne sic legit² in ysaya. Dñs misit me vt cōsolarer oēs lugētes et ponerē osolationē lugentibꝰ spon et darem eis coronā p cinere. oleū gaudij p luctu. palliuz laudis pro spū merorez. Nōne et in thobia legit² sarā dixisse ad dñm. Post tēpestatē trāquillū facis et post lacrimatōez et fletū exultatōez infūdis. Nōne et ipe saluator dixit. beati qui lugēt qm̄ ipi osolabunt². Sz et ps̄ dicit. Qui seminat in lacrimis in exultatōe metēt. et iterū idem dicit. Euntes ibant et flebāt mittētes semina sua. venientes aūt veniēt cū exultatōe portātes manipulos suos. Vis scire quo pacto id fiat. Ecce pncepꝰ ysaꝝ sic dicit in suis moralibꝰ Denitudine replent² pui. mox em̄ tristant² de hoc q̄ prius delectati sunt. Pari aūt pacto osolatōe replent² boni de hoc q̄ pus lacmis desolati sunt. An minus deus patus est dare dulcedinē osolatōis post amaritudinē lacrimatōis q̄ amaritudinē penitudinis post dulcedinem delectatōis. Absit. Habes ergo effectum gratum lacrimaꝝ.

Sz quid de modis circa eas. Duplex siquidē modꝰ est. vnꝰ tolerabilis mēsure. Alter vero gtissime cure. Vis scire modum pmum. Ecce ps̄. dicit. Dñe deꝰ virtutū cibabis nos pane lacrimaꝝ et potū dabis nobis in lacmis in mēsura. dicit in mēsura. id ē nō vltra vires. Hinc etem̄ dicit aplꝰ. Fidelis deus qui non pmittet vos tentari sup id q̄ potestis. Vis vlteriꝰ scire modū gtissime cure et osolatōis future. Ecce q̄d dicit ysaias. Aufert inquit dñs deus omnē lacrimā ab oēi facie. et job in apocalipsi. Absterget inquit deꝰ omnē lacrimā ab oculis eoꝝ. id ē sanctoꝝ. vñ et cantamꝰ. absterget deus omnē lacrimā ab oculis sanctoꝝ et iam non erit amplius neqz luctus neqz clamor. sed nec vllꝰ dolor quoniā pora trāsierūt



Hic autem modus cure lacrimaꝝ nõne est ḡtissimꝰ. Est vtiqꝫ. Hinc etenim est ꝙ dicit dulcis ille pr clarevallis. Felices lacrime quas pia manus oditoris absterget. Hec mutatio dextre excelsi significata est pmutationẽ aque in vinũ in Iohe aque lacrimaꝝ in vinum leticie. et ꝓpheta in jeremia dicẽte dño ouertã luctũ eoꝝ ĩ gaudiũ

IIII. CONSIDERACIO.

Quarta puella sic ait. Amice cõquereris ꝙ te plorat ḡuet atqꝫ vlulatus. Proponã tibi similitudinẽ et videbis ꝙ gaudendũ tibi est magis ꝙ dolendũ. Nonne vides ꝙ fistulator se buccas suas vento implẽs satis grauat qõ ḡuamẽ tñ tolerat vt alios letificet. Eadẽ autẽ et inploratu et vlulatu te manet gaudẽdi rõ. q̃ppe vox in roma audita est ploratus et vlulatꝰ rachel ploraꝫ filios suos. s. materna affectione et virtuosa naturaliter sibi ergaplẽ indita. In roma inquit qõ interpretatũ dicit' in excelsis. id est in celo quẽadmodum dicitur et in canticis. Vox turturis que. s. ꝙ cantu gemit audita est in terra nra. Sic et vox ploratꝰ et vlulatꝰ in roma. id ẽ inexcelsa terra nra. terra viuentiũ audita est. Non dicit' audiet'. sꝫ audita est et audit' q̃uis multũ distet in pñtu. auditu etiã ꝙ influxas spẽs corpali. Sꝫ quid. Profecto oporteret actum talem audiendi vel delectatõeꝫ vel tristiciã osequi. Sꝫ absit ꝙ tristicia ipm osequatur vel ꝙ gemitus ploratus et vlulatus inferat celicolis aliq̃d triste. Nimiꝫ nihil triste in celo locũ habꝫ. Igit' ibi nõ audi' sicut gemitus ploratꝰ et vlulatꝰ. sꝫ sicut gaudiosus cantus et nõne talem ploratũ et vlulatũ ex mrna erga liberos vl alia sancta et virtuosa affectõe habuisse vel hẽe moꝝ trãsire deberꝫ in magnã osolationeꝫ hac ex cõsideratõe pueniente ꝙ augmentũ gaudij ciuibus foret celestibꝰ sibi plus ꝙ diligant' liberi caritatiue diligẽdis q̃qꝫ et sibiipis foret augmentũ gaudij eo ꝙ tanq̃ actus ex virtute pcendẽtes in celo sibi ꝓ modũ deposite sunt ad gaudium reservãdi. ꝓpter hoc dicebat saluator. beati qui nũc fletis qꝫ ridebitis scilꝫ saltem in futuro.

V. CONSIDERATIO.

Quinta puella ad tristẽ ḡuatũ fletibꝰ sic ait. Audisti verbũ diui pi ac dulcissimi ꝓmissi iam ꝙ sororẽ meã recitatũ. beati qui nũc fletis qꝫ ridebitis. Nimiꝫ sm nrm acq̃nensẽ in celo erit verꝰ risꝰ O qualis et q̃ntus. Certe hic ridet' ore semipleno. Nempe hic impletur illud ꝓuerbiꝫ risus doloꝝ miscebit'. sꝫ electi ridebũt ore pleno. Quippe in job dicit' donec impleat' os tuũ risu et labia tua iubilo. Qualis aũt erit risus. Certe ḡussimꝰ. Sicut em̃ hora dẽtes et labia magis ꝙ hic essent. erũt gratiosa. Ita et risus qui his pficitur instrumẽtis in immẽsum magis ꝙ hic esset. erit grosus. Dicat ergo hic attendẽs quid mihi de rachaele illa iudea q̃ nolut osolari cum clare sentiã ꝙ merito debꝫ hõ de pijs fletibus cõsolari certificatꝰ diuino ꝓmisso de subsequẽte in celo risu tam gracioso atqꝫ gaudioso.

VI. CONSIDERATIO.

Sexta puella sic ait. O homo qui tristaris de lacrimis si piarum nouisses virtutē lacrimaꝝ de ipis nō doleres. sed gauderes. Die em̄ lacrime terrā cordis irrigāt et fecūdant Die lacrime ardo rem ocupiscētiaꝝ sedāt. Die lacrime omnē spūalē infirmitatem sanant. Die lacrime animā mundāt et spōsam regis celi ꝑparāt. Die lacrime oculū cordis clarificāt. Die lacrime metis serenitatē et trā quillitatē causant. Die lacrime mentē eleuāt. Die lacme mentē ine briāt. Die lacrime holocausta inpiguāt. Oeniq; pie lacme hoc qđ hō vult a deo ipetrant. ¶ Vis scire q; pie lacrime terrā cordis irrigant et fecūdant. Audi egregiū p̄rem Gregoriū. Irriguū supi⁹ accipit aīa cū se lacrimis regni celestis desiderio affligit. Hec ille p̄ sanctissimus. Est igit² aq̄ lacmaꝝ vt fons paradisi de quo dicit² in libro geneseos. Fons ascēdebat de terra irrigans vniuersaꝝ supficiem terre. Cōcordat ecclesiastic⁹. Rigabo inquit ortū meū plantationum. ¶ Vis scire q; pie lacrime ardorē ocupiscētiaꝝ sedāt. Audi predictū p̄rem sanctissimū. Flāmam inquit suggestionū dyaboli ciuus extinguit vnda lacrimaꝝ. Igit² si aliquis videat domū discrētie sue igne ocupiscētie succēdi recurrere debz ad aquā lacrimaꝝ. ¶ Vis scire q; pie lacme omnē spūalem infirmitatem sanant. Audi quid liber job. de deo affirmet. merētes inquit erigit sospitate De hoc infigura de corpali sanitate dixit dñs regi ezechie egrotanti et lacmanti. Vidi lacrimā tuā et ecce sanaui te. ¶ Vis scire q; pie lacrime aīam mundāt et spōsaz regis celi ꝑpant disidera ḡta comp atione q; aq̄ lacrimaꝝ est q̄si lauatoriū in claustro spūali. est etiaz q̄si balneū in quo abluunt² aie celestis regis sponse. Hec miꝝ. Hā et ille cassiodor⁹ dicit. Elet⁹ est lauacꝝ culpaꝝ absolutio pctōꝝ ¶ Vis scire q; pie lacrime oculū cordis clarificāt. Audi egregium p̄rem Gregoriū. Ete inq̄t plerūq; vt in ipis pijs flētib⁹ illa interni gaudij claritas erūpat et mens que in corpe pus ceca iacuerat ad inspectionē fulgoris intimi suspirijs vegetata dualescat. Idem pater rursuz ait. Oēs lacrimis baptisata in dtemplatione videt limpidius. Item quoq; dicit. Sepe qđ torpescētes latuit. flētib⁹ innotescit. Aqua igitur lacrimaꝝ est colliriū iuuans visum de quo dicit² in apocalipsi. collirio inunge oculos tuos vt videas. ¶ Vis scire q; pie lacrime mentis serenitatē et tranquillitatē causant. Audi Iohānem os aureum. Sicut inquit post vehemētes ymbres mundus aer ac purus efficitur. Ita etiā post lacrimaꝝ pluuias serenitas mētis sequit² atq; trāquillitas ¶ Vis scire q; pie lacrime mentē eleuāt Lege ps̄. Ascensiones inquit in corde suo disposuit in valle lacrimaꝝ. Lege quoq; et libeum geneseos. Multiplicate inquit sunt aq̄ et eleuauerūt archā in sublime apte autē p archā mens intelligit² archanoꝝ dei capax atq; seruatrix. ¶ Vis scire q; pie lacme mentem inebriāt. Audi p̄rem clareuallis. Illas inquit lacrimas vere in vinū mutare dñm dixeriz q̄ supne cōpassionis affectu in feruorem

prodeunt caritatis pro qua etiã ad horam tui ipius imemor sobria quadã ebrietatis videris. ¶ Vis scire q pie lacrime holocausta impinguãt. Audi Gregoriũ pẽm sanctissimũ. Holocaustũ inquit aridum est bonũ opus qđ ozonis lacrime nõ infundũt. holocaustum pingue est p hoc bonũ opus qđ cũ agit etiã lacrimis impinguatur ¶ Vis scire demã qđ pie lacrime hoc qđ hõ vult a deo impetrant. Audi quid ob hoc sancta illa mulier iudith deo loquens dixerit. Indulgentiã inquit eius cum lacrimis postulemus. Audi quoq; diligẽtius Iobem os aureũ verbũ in hac materia aureũ pferentem. Nemo inquit aliqñ flens ad deũ accessit qui nõ qđ postulauerit accepit. nullus ab eo bñficia dolẽter optauit qui nõ impetrauit. ipe em est qui osolat flẽtes dolẽtes curat pemtẽtes informat. Hec ille pater venerabilis.

¶ Capitulum nonũ otinens osolationes sup fletu et lacrimaz afflictione specialiter timẽtis penam gehẽnalem.

Quono post pmissa ad supradictã dñam osolatricem accessit alius tristis fletu seu lacrimis afflictus timore pene gehẽnalis. cui ipa tres de suis puell p osolatõe deputauit

¶ I. CONSIDERATIO.

Prima puella ad hunc hoiem tristẽ sic ait. Cur fles. cur lacrimarum effusione affligeris timore pene gehẽnalis. Non est xpiane religionis hac ex causa lacrimari seu flere. quẽadmodũ nec ex quãplurib9 causis aliis. Audi patrem clareuallis Gaudete inquit apls cũ gaudẽtibus. Flete cum flentibus. nũquit apls pcipit flere amissionẽ rez. intermissionẽ voluptatuz. filiorz mortes. morborum instãtiam. gũitatẽ inopie. potentiã fortiorz. Absit. plorãdi em sũt qui taliter plorãt. Religiosa em tristicia aut alienũ peccatũ luget aut pprium. Hec dictus pater. Et ecce q materiam plorãdi restringens nõ dicit timorẽ gehẽne sicut nec alia añdicta. sz tm lugendũ esse aut alienũ pctm aut ppriuz. Spãliter aũt q̃re simpliciter timore gehẽne nre religioni plorare nõ ogruat. patz ex firma spe p piaz lacrimaz efficaciã gehennã euadẽdi. Quid em faceret in infernis cuius aq piaz lacrimaz dyabolũ sibi submersissent. Sunt enim aque ille tanq̃ aq maris rubri vbi pharao infernalis submergi cũ exercitu viciorz. pñs dicẽte. Cõtribulasti capita draconũ in aquis. scz piaz lacrimaz capitalia vicia cũ infernali dracone hoiem impugnãcia. Rursuz ad qđ timeret gehẽnales penas tanq̃ eaz debitor aut de lacrimis doleret. is cuius iam pie lacrime lras deleuissent qs q peccat ad se duincendũ ppria manu dyabolo scribit n libro osciẽtie. de cuiusmõi libris in daniele dicit. Iudiciũ sedit et libri apti sunt. Deniq; ad qđ gehẽnaz timerz aut de lacrimis nõ gauderet is quẽ vt salu9 fieret ipe sue lacme a malicia lauarẽt. Dicente ob hoc jeremia ppha. Laua a malicia israhel cor tuuz vt saluus fias. Postremo ad quid penas gehennales timeret et de lacrimis

ꝓpiciatoꝛi|s doleret is cuius deus ad ꝓpiciandū lacrímas acce
ptaret·certe non deberet· Ꝫ audi quid otra timoꝛē illū et doloꝛē
ſara filia raguel poſtmodū vxoꝛ thobie iunioꝛis deo loquēs direꝛ
rit·Nō delectaris inq̄t i ꝑditōib⁹ nr̄is q̄ poſt tempeſtatē trāquillū
facis et poſt lacmatōeꝫ et fletū exultatōeꝫ infūdis· Audi quoq; et
oꝛonē m̄tis eccīe vtiq; efficacē·Deꝰ inq̄t q̄ ſpantib⁹ in te miſereri
potius eligis q̄ iraſci·Da nobis digne flere mala q̄ fecim⁹ vt tue
oſolatōis gr̄am iuenire valeam⁹ ¶ II·CONSIDERATIO·

Secda puella ſic ait·O hō ſi vtutē lacmaꝫ q̄ otra gehēnam hñt
agnoſceres nec gehēnā multū timereſ·nec de lacmis dolereſ
Ꝫ gaudēs Nōne verbū cuiuſdā epi ad piā mr̄em aug·ꝑ ſalute filij
lacmantē vl̄ q̄q; audiuiſti·Impoſſibile ē inq̄t tātaꝫ lacmaꝫ filiū
pire·Ꝫ ñ min⁹ efficaceſ ſūt ꝓce lacme ad delectatōꝫ dānabil̄ cul
pe Hēpe vbi oꝛ i thobia·tūc thobiaſ ingemuit et cepit oꝛare cū la
cmis·Ibi q̄dē dicit gloſa·oꝛo dñi lenit·lacma cogit· lacme facīūt
deū iniq̄tatū nr̄aꝫ obliuiſci·Hec ibi Ꝫ q̄d pl̄a·Nōne cui⁹ oīs vita
ꝑdita ē q̄q; eterne ꝑditōi ꝓpinquꝰē ꝑ pias lacmas reſtituit² i inte
graꝫ vt vlteri⁹ i eo integ ſpūs ꝑſeuerꝫ Certe ſic·Audi veñandū pr̄eꝫ
jero·p̄ſb̄m Detrū inq̄t ter negātē·ſ·xp̄m i locū ſuū amare rſtituere
lacme Audi quoq; et ſciſſimū pr̄eꝫ Greg·Tēp⁹ inq̄t redimim⁹ q̄ñ ꝑ
actā vitā q̄ laſciuiēdo ꝑdidim⁹ flēdo repam⁹ ¶ III·CONSIDE·

Tercia puella ſic ait·Si penā times gehēnalē q° hanc magis ti
mes eo miro mō magis gaudenter fletuū et lacmaꝫ ſuſtinere
hēs afflictōꝫ·Vis ſcire q̄re Ecce miro mō flet⁹ et pie lacme regnū
celoꝝ obtinēdi ac p oñs gehēnā euadēdi oferūt ſecuritatē· q̄ꝑ
lacme hmōi q̄i vi q̄dā norūt regnū celoꝝ obtinē Audi eggiū pr̄eꝫ
gg·Regnū iq̄t celoꝝ rapi vult nr̄is fletib⁹ qđ nr̄is meritis ñ debet²
Hec ille·Nec miꝝ Nā cui⁹ vtutis pie ſint lacme in p̄cib⁹ q̄b⁹ deo
ꝑ regno celoꝝ ſupplicam⁹ maiſeſtat magnus p̄ aug⁹·Dicēte em̄
pſ·Turib⁹ pcipe lacmas meas·Addit ipe Aug⁹ q̄ violēte ſūt i ꝑ
cib⁹ Hoc etem̄ piter teſta² et veñabil̄ p̄ jero⁹ O inq̄t lacma huiliſ
tua ē potētia tuū regnū tribunal iudicis ñ vereris delictoꝝ tuoꝝ
accuſatoꝛib⁹ ſilētiū imponis ñ eſt q̄ te accedē vetet·Si ſola intras
vacua nō redibis magis crucias dyabolū q̄ pena infernalis quid
pl̄a·Vincis inuincibilē·ligas oīpotentē·īclinas filiū ūginis·Hec
p̄ ille·Sic itaq; teſte euāgelica veritate·regnū celoꝝ vim patitur
et violēti rapīūt illud·q̄·ſ·ipm ſibi dare poſtulāt p̄cib⁹ lacmoſis·

¶ Capi·x·Otinēs oſolationes ſup fletu penitētiali·

Decio p⁹ p̄miſſā ad dñaꝫ oſolatricē ſepedictā acceſſit et alius
triſtis ſr̄ afflictōe flet⁹ pniaꝰ q̄rēs oſolari·cui illa tres ꝺ ſu
is puell̄ cā oſolatōis deputauit ¶ I·CONSIDERATIO

Prima puella ad triſtē ꝑdictū ſic ait·Si triū ꝑdictaꝫ nr̄aꝫ ſo
dalium de piarum lacrimarum contra gehēnam efficacia· ſer
mones audiuiſti·poſſes in materia ꝓpoſita de ip̄arum conſolatione

cõtentari. At vero si adhuc libz et a nobis quid ꝺsolatõis audire. Hoc ꝓimũ scito ꝙ tanto a ꝺsolatione vacuus minꝰ eris ꝙnto vberiozes lacrimas emiseris. quippe cõstat ꝙ ꝓportionantᵉ doloribus coꝛdis. Bz ꝓpheta deo loquẽs. Scõm inquit multitudinẽ doloꝛum meoꝝ in coꝛde meo ꝺsolatões tue letificauerũt aiam meaz. Dices forte ꝓphãm in hoc verbo ꝓpter certitudinẽ ponere ꝑteritum ꝓ futuro. Absit ꝙ nõ et in ꝑnti. Audi cassiodoꝝ ꝺsolatoꝛia fletuũ etiã in ꝑnti affirmantem. fletus inquit cibus est aiaꝝ coꝛoboꝛatio sen suum. refectõ mentiũ Bz pone ꝙ nõ in ꝑnti. Quid cure ꝑsertiz lõganimi. Quippe amissum in sillabis. id est in singulis doloꝛibꝰ. recuꝛpandum speretᵉ in tempoꝛibꝰ in longitudine dieꝝ in seculũ seculi Audi Gregoꝛiũ de illa q̃ speculũ erat penitentie ꝑdicantẽ. Redempꝛoꝛ inquit noster mometaneos fletꝰ nr̃os eterno ꝺsolatᵉ gaudio.

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. Homo karissime afflictio penitẽtiali lacrimaꝝ siqua est. Nõne est gaudẽter toleranda q̃ mentem ab ꝑmis transfert ad sũma a regione dissimilitudiſ ad regionẽ sideree pulcritudinis. Quo pacto forte inquies. Ecce fit q̃qz ꝙ ad castra vel alia loca alta q̃ aliter sine g̃ui iactura non possent expugnari. mediantibus aquis riuuloꝝ circa ea ne defluant cohibitoꝝ dum multiplicatõe sua plus et plus ascẽdunt tandẽ puenitur. Sed quid Profecto ascẽsionis hmõi in valle lacrimaꝝ penitentialiũ optime disponuntᵉ quibꝰ aquis lacrimaꝝ multiplicatis et coꝛã deo ascendentibus mẽtes penitentiũ ad alta celoꝝ ꝺmodiꝰ et securiꝰ subleuantᵉ. ꝓpter qꝺ et talibus fletibꝰ libẽter afficiuntᵉ. Idqz est qꝺ per Gregoꝛiũ satis apte innui videᵉ. Cũ inq̃t ꝑ fletũ mẽs ad sũma rapitur ꝺpunctõis sue penã gaudẽs miratᵉ et libz affici. qz afflictione sua se ꝺspicit ad alta subleuari.

III. CONSIDERATIO.

Tercia puella sic ait. O hõ gaudere deberes ꝙ vel aliq̃ꝺ habẽs quo ad diligentẽ circa te angeloꝝ custodiã recõpensare possẽs. q̃ppe angℓis suis deꝰ mãdauit de te vt custodiãt te ĩ oĩbꝰ vijs tuis. Bz dic mihi q̃so. est ne aliq̃ꝺ ĩ thesauris tuis qº id recõpenseſ Profecto ñ video nũc aliq̃ꝺ meliꝰ ꝙ id qꝺ g̃tũ esse angelis scriptura testatᵉ. Id aũt est fletꝰ pn̄alis. Nẽpe gaudiũ est angelis in celo sup vno pc̃tõre pn̄iam agẽte. Vñ et dulcis pr̃ clareuallis. Delicie inquit angeloꝝ sunt nr̃e lacrime. Idẽ quoqz pr̃. lacme inq̃t penitentis vinuz sunt angeloꝝ. quia in illis ꝺoꝛ vite. sapoꝛ g̃tie gustus indulgentie sanitas redeũtis inocẽtie recõciliatõis iocũditaſ et se renate cõscientie suauitas. Hec ille pater.

Explicit liber decimꝰ de cõsolatione theologie. Incipit liber vndecimꝰ ꝺtinẽs ꝺsolationũ remedia opoꝛtuna ꝺtra illa turbatiua q̃ opponuntᵉ libertati Capitulũ ꝑmũ ꝺtinẽs ꝺsolatões sup seruitute et carentia libertatis.

Vndecimo ꝑincipaliter viginti triſtibus ad ſupradictam dñam oſolatricē ꝑincipalē accedentibus ꝓmo omniū vn⁹ ex eis eidē dñe de ſeruitute ſua oqueſtus eſt et de carētia libertatis. cui mox illa de ſuis puellis duas ꝑ oſolatōe eidē triſti impendēda deputauit

I. CONSIDERATIO.

Prima itaq; puella ad triſtē ꝓdictus ſic ait. Tu qui de ſeruitute turbaris et carētia libertatis. eſtimo q; attendis oppſſionē ſeruor⁊ et otrariū in gaudētib⁹ libertate. Non ſic aūt turbatus eſſes ſi attēderes q; hij qui ſerui dicunt⁹ nō ſunt ſimpliciter ſerui nec magis oppſſi q; cōiter dñi q; uis liberi reputent⁹. Vis hoc ſcire de his qui appellatōe hoim dicūt⁹ ſerui. Audi illuſtrē Senecā. Si qs inq; exiſtimat ſeruitutē in totū hoiez deſcēdere ps eius melioꝛ excepta coꝛpa obnoxia ſunt et aſſcripta dominis. mens quidem ſui iuris eſt Audi quoq; et p̄em clareuallis doctorem. Volūtati inquit nec leges impant nec p̄ncipes dñantur. libera eſt maxime ſi ſpū ducit⁹ quia vbi ſpūs ibi libertas. Hec p̄ ille. Si ergo coꝛpis oditio te cō triſtet. ē qđ te merito poterit oſolari. videlz libera oditio potioꝛis tue poꝛtionis q; ſe extēdit ad ꝓmerenda gaudia ſempiterna. Vis rurſum ſcire q; dñi qui eſtimāt⁹ liberi cōiter ſint etiā ſuis ſeruis magis oppſſi atq; turpioꝛi magiſq; confuſibili addicti ſeruituti. Hoc ita conſideres. Nēpe. Sup quē plures regnāt oſtat illū magis oppſſum magiſq; ſeruū eſſe. Et qđ. Profecto cōiter accidit q; ſup dños iꝑoꝛ libertate ꝓpter quā min⁹ timēt occaſionē p̄ſtāte pl̄es regnāt ſaltē turpes paſſiones quib⁹ magis q; timoꝛati ſuccūbere conſueuerūt. igit⁹ ſequit⁹ q; ſunt magis ſeruī. Audi venerandū antiſtitē Ambroſiū. Seruit inquit q̄cunq; vel metu frangit⁹ vel delectatōe irretitur vl̄ cupiditatib⁹ ducit⁹ vel indignatōe exaſperat⁹ vl̄ meroꝛe dejicitur. ſeruilis eſt em̄ omnis paſſio. Hec ille.

II. CONSIDERATIO.

QVinta puella sic ait. O hominum stultissime si sapiēs esses nō longam. sed bonam vitam appetereſ. Audi illustrē Senecam Sapiens inquit semp cogitat qualis non quāta sit. non em̄ viuere bonū est. sed bene viuere. Hec ille. Sed quid Profecto multū differt longa vita a bona vita. Audi rursuz eumdē illustrē. Homo inquit vite emendat⁹ est nō donat⁹ Heu q̄ multa penitenda omittūtur viuēdo diu. Sz certe vita i q̄ omittūt² mlta penitēda hec vt sic non est bona vita. longa est vita vt in pluribuſ non pōt dici bona vita eo q̄ nec bene recta. nec secura. Audi adhuc p̄dictū illustrem Discas inquit vitā otemnere. nemo illā bñ rexit qui nō otempſerat nulli potest secura vita otingere. qui de p̄ducēda nimis cogitat. Dices forte de p̄ducenda non cogito. sz de pficieda. Sed audi iti dē dictū illustrē Vita inquit ñ est impfecta si honesta ē. vbiq; desines. si bene desines. tota est. sz et foeliciter desinēdū est. ñ est res magna viuere oīs̄ serui tui et aimalia viuūt. Hec p̄dictus vir gentilis. Audi igitur et catholicos de malis accidētibus lōge vite. Ecce magnus pater Augustinus verbum illud canonicū tractās que est vita vestra. vapor est ad modicū parens. Vita inquit hec est dubia. vita ceca. vita erūnoſa. quaz humoreſ tumidant. dolores extenuant. ardores exſiccant. aera morbidant. eſce inflant. ieiunia macerant. ioci ſoluūt. triſticie oſumunt. ſollicitudo coartat. ſecuritas hebetat. diuitie iactant. pauptas dicit. inuētus extollit. ſenectuſ incuruat. infirmitas frangit. meror deprimit. et poſt hec oīa mors interimit. vniuerſis gaudijs finē imponit. ita cum eſſe deſierint ñ fuiſſe putentur. Hec Auguſtin⁹ pater de p̄nti vita angusta de q̄ et venerād⁹ antiſtes Ambroſius. Tantis inquit malis hec vita repleta est. vt compatione eius morſ remediū eſſe putetur non pene. nā ideo breuem illam fecit deus vt moleſtie eiuſ. quia pſperitate vinci non poterant. tempis exiguitate finirentur.

VI. CONSIDERATIO.

SExta puella ad tempeſtiuā mortem intentionem ſuam dirigēs ſic ait. O amice de morte tempeſtiua ſi bene intelligeres pluſ gaudere q̄ turbari deberes. Audi vincentium quendam francorum regi ſcribentem. Mors inquit iudex est cuius iudicio ſubiciuntur omnes etiam reges et impatores. Iudex iſte trinam citationē ſecūdum iuris formam ſolet facere. prima eſt egritudo. ſecunda corporeis defectio. tercia vero pemptoria eſt. quā non per nunciū facit. ſed ipſamet venit. quādoq; tamen pro tribus vnam facit. quando. ſ. iudex ſūmus ſub quo mors eſt iudex delegat⁹. ex aliqua cauſa vult feſtinare. nam electoſ ſuos quādoq; citius euocat ne cadāt malos etiā. ne peccata peccatis ſupaddāt Hec ille qui de ſcō ſuo motiuo illud pſ̄ inducit Viri ſanguinū et doloſi non dimidiabunt dies ſuos. De primo vero illud inducit ſapientie. Iuſtus ſi morte

preoccupatus fuerit in refrigerio erit placens deo factus dilect⁹ et viuens inter peccatores translatus est. rapt⁹ est. ne m. licia mutaret intellectū eius. aut ne fictio decipet animā illius. Consumatus in breui expleuit multa tempa. placita em̄ erat deo aima eius. propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatū. Deniq; contra tempestiuā mortē consolatur etiā illustris Seneca. Iuuenis inquit morieris optimum est anteq̄ optes mori. Iuuenis moriar fortassis alicui malo te seducet fortuna et si nulli alij certe saltem senectuti. Hec ille. Sz et vincētius hystoriographus quintilianū quendam inducit sic dicentē. Siquis sciat quis sit bonor finis que vera felicitas nunq̄ sibi videbitur p̄matura morte piturus.

Capitulum vicesimūnonum continens cōsolationes sup morte de propinquo imminente.

Vicesimonono post p̄missa ad p̄dictam dominā consolatricem accessit et alij tristis de ꝓpinqua morte sua totaliter pturbatus. cui illa consolationis gratia q̄tuor exhibuit de suis puellis. I. CONSIDERATIO.

Prima puella sic ait. Cur amice de morte iminente tm̄ q̄reris et nō potius ipam delectabiliter amplectēs maiorē iudicium sequeris. Sequaris sanctorē de morte iudiciū qui nouerint mortis finē et terminū bonū. Vtiq; et optimū. Ecce venerādus Ambrosi⁹ Mors inquit corpis iustis videt² bona. in istis nanq; q̄etis est portus. dicit aūt et martir cipzianus. Mortalitas ista xp̄i hostibus pestis est. eius aūt seruis salutaris excessus est. et nōne in iudicando de morte vterq; istorē sequēdus ē. Seq̄ris in hoc iudicō jobem os aureū. Mors inquit munus est nature iam corrupte. que nō ē fugienda. sz amplectēda. Seq̄ris i hoc iudicio magnū p̄em Augustinū Quid est inq̄t mors. relictio corpis. depositio sarcine ḡuis. s. ipius terreni corpis. Nam corp⁹ q̄d corrūpit² aggḡuat aiam et terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitante. Seq̄ris et p̄em clarevallis. Bona inq̄t mors iusti ꝓpter requiē. melior ꝓpter nouitatem optima ꝓpter securitatē. Qui p̄ rursum sic dicit. Preciosa mors sancti p̄cio ā plane tanq̄ finis laborē. tanq̄ victorie consumatio. tanq̄ vite ianua. et pfecte securitatis ingressus. Seq̄ris quoq; et ipsum paulū qui morte sitiuit. q̄ cupiuit dissolui. et esse cū xp̄o. de quo loquens magn⁹ p̄ Aug⁹. Qui inquit desiderat dissolui. et esse cū xp̄o nō patiēter mori². sz patiēter viuit et delectabiliter mori². Deniq; seq̄ris et mr̄is ecclesie de morte iudiciū p p̄em clarevall̄ insinuatū Nouit inq̄t ecclesia q̄ melior ē dies mortis die natiuitatis et q̄ ortus hoim tristicia comite². inde est q̄ martirē morte nō natiuitates solēnisat ecclesia. morte eorē natalicior nomie noians. quib⁹ factus est de morte natalis. tunc em̄ ceperunt nasci ad vitā cū vitam deposuerūt ꝓ vita. Hec dict⁹ pater. II. CONSIDERATIO.

Secunda pulla sic ait. O amice cur de morte tibi iminēte tristaris et non potius gaudes ꝙt nedum exemplis. sed et rōibus moueri poteris. Himiꝝ tres ꝑo nunc occurrūt rōnes morte hylariter et amabiliter suscipiendi. Prima quidē est. quia mors est iudiciuꝝ. dei hoc aūt amplectendū est iusto homini dicēte filio syrach Nolite metuere iudicium mortis. hoc em̄ iudiciū a dño om̄i carni Audi illustrē Senecā. Morieris inquit nec primus nec ultim⁹ om̄s te antecesserūt om̄s te sequētur. et vere iudicium mortis iustum est. quia nec psonas accipit. nec exceptiones friuolas. nec aduocatos vel intercessores. vel appellātes admittit. Hec docet experientia et nihilominus ꝙ psonas nō accipit hoc ex scriptura patet docente. ꝙ mors om̄ibus sit omunis iuxta dictum filij syrach. cōione inqt mortis scito. Hinc et egregie hildebertus quidā cenomanēsis metrice sic ait. Inter opes ac delicias populiqꝫ fauores. Hoc animus recolat. hoc tua lingua sonet. Mors dom̄ seruo mors sceptra ligonibus equat. Dissimiles simili cōditione trahens. Secūda ratio est quia finis peccati mors est. Sed quid. Profecto vir iustus cui⁹ est iusticiā sitire habet optare peccatū finiri. Iuxta illud danielis. Finem accipiat peccatū et deleatur iniquitas. et adducat² iusticia sempiterna. Vis aūt scire ꝙ mors sit finis peccati. Audi archiantistitem Ambrosiū. Grauius est inquit ad peccatū viuere ꝙ etiam in peccato mori. qm̄ impius peccatum auget ꝙdiu viuit. et si moriatur peccare desinit. Audi rursum ēundē. Nonnulli ait plūi disputauerūt impijs obesse absolutionē. ꝓdesse vero morte. eo ꝙ in illa sit intentiuū delinquēdi. in morte aūt finis delicti. Vñ et iuxta eccle siasten. mortuus viuēti ꝑfertur. quia peccare desijt et mortuo nondum natus quia peccare nesciuit. Tercia ratio est. quia mors timorē mortis aufert. qui etiā ipa morte grauior est. Vis de hoc doceri. Audi illud poeticū. Morte mori melius ꝙ mortis ducere vitā Denam minor subito certā ꝑferre ruinā. Quā ꝙ ptineas sustinuisse diu. Hinc et illustris Seneca. Crudelius est ꝙ mori semꝑ morte timere. Sed et ille magnus antistes Ambrosius. His inquit certe nō est graue mori quibus timor mortis est grauis. sed graue est viuere sub metu mortis. Non est igitur mors grauis. sꝫ metus mortis. Audi eundē rursum. Quāti inquit deniqꝫ morte merori. q̄nti morte formidini ꝑtulerūt iudicātes grauiorē esse metū mortis ꝙ morte. adoptantes malis mors nō timet². sꝫ vite miseriis antefertur ꝙ exitus mortis expetitur vt formido vjuentis euitetur. Hec ille antistes.

III. CONSIDERATIO.

Tercia puella sic ait. O amice vis ne post premissas sororis mee rōnes etiam ad idem alias tres audire. Ecce prima istaꝝ est. ꝙ mors nihil aliud est ꝙ carceris effractio. Vt dici potest ꝙ mors ostium nobis efficit in carcere in quo capti detinemur corpore. s. in mundo. Audi de hoc psalmistam deo loquentez. Educ inquit de

carcere animā meam. Sed quis captiuus non multum libenter vel let de carcere liberari. Hinc etenim paulus ait. Infelix ego homo quis me liberabit de corpe mortis huius. Secunda ratio est quia mors naturalis debiti solutio est. Vis hoc scire. Audi varronē quē dam. Cum inquit natura ligat qui mori graue fert. Duplexq; ma lum est cum moleste ferimus quod necesse. Hinc et illustris Sene ca. Illum inquit lauda et imitare quem non piget mori cum iuuet viuere. que est em̄ virtus cum eiciaris exire. sapiens nil inuitus fa cit. necessitatē effugit. quia vult q̄ illa coactura est. Audi eundem rursum. Morieris inquit et respondet hac conditione intraui vt ex irem. Morieris. gentium lex est quod acceperis reddе. Morieris. stultum est timere quod vitare non possis. Morieris. istud nō effu git etiaz qui distulit. pegre morieris ego q̄ debeo soluere parat⁹ sum videat feneratoz quo me appellet. Audi deniq; venerandū an tistitem Ambrosium. Mortem inquit probamus non esse lugendā. quia omnis est et debita cunctis. Tercia ratio est quia mors ē periculoz̄ euasio quibus vndiq; vita p̄sens obsessa est. Iuxta il lud pauli piculis fluminum. piculis latronū ⁊c. Hinc et ille poeta ouidius dicit sic. Occurrunt animo peundi mille figure. Morsq; minus pene q̄ mora mortis habet.

IIII. CONSIDERATIO.

Quarta puella sic ait. Adhuc frater audi et alias rationes ppo situm confirmantes quarum quidem hec prima est q̄ mors mi seriarum finis est et obliuio. Audi Senecam illustrem. Mors inq̄t malorum omniū remediū est. Idem Seneca in agamōne dicit. q̄ ru dis est tyrannis qui morte penam exigit. quia sc̄z ip̄m a pena libe rat quē punire se credit. Audi quoq; et venerādū antistitē Ambro sium. Nulla inquit potest esse iocūditas inter has vite nostre ama ritudines ac dolores que vel ex corporis infirmitate vel extrinse cus accidentium incōmoditate generantur. Anxij em̄ semper et ad ipsa letioz̄ vota suspensi quodam fluctuamus incerto sperantes dubia p certis. incōmoda pro secundis. caduca pro solidis. nihil habentes potestatis in arbitrio firmitatis in voto plusq; aduersо rum dolore frangimur. q̄ secundoz̄ fructu patimur. Deniq; quid nobis miseris qui tanq̄m spoliati et nudi in hanc vitam proicimur corpore fragili. corde lubrico. imbecillo animo. anxij ad sollici tudines. desidiosi ad labores. proni ad voluptates non nasci lōge melius secundū sententiā salomonis. Vnde sanct⁹ job cognoscēs nasci malorum oim esse principium diem qua natus fuerat pire op tauit. vt toleretur origo incōmodorū. optauit pire diem sue gene ratōis. vt die accipet resurrectōnis. Deniq; fuisse quidam feruntur populi qui ort⁹ hoim lugerent obitusq; cum gaudio celebrarent.

eo q̄ ex cis mundi ꝓcellas emerſiſſent·noſ quoq; natales defūcto
rum dies obliuiſcimur· et eum quo obierunt diem celebri ſolenni
tate renouamus· Itaq; ſicut adepeccandi ꝓo pena dictū eſt male
dicta terra in ope tuo ꝛc̄·ſic etiam additum eſt ꝓo remedio donec
reuertaris in terrā ꝛc̄· Ideo dicit etiā catho· Eac tibi p̄ponas mor-
tem nō eſſe timendā· Que bona ſi nō eſt finis tñ illa malorum eſt·
Mors ergo ꝓo remedio data eſt que finis malorū eſt· Hec p̄dict⁹
antiſtes· Sed et ꝓpter hoc de mortuis dixit Iohānes in apocalipſi
Ammodo iam dicit ſpūs vt requieſcāt a laboribus ſuis· Dixitq; et
filius ſyrach· Melior eſt requies eterna q̄m languor perſeuerans·
¶ Secūda ratio eſt iſta·quia mors eterne ac iocūde vite eſt ingreſ
ſus·eſt em̄ porta glorie ſeruis dei· ipſa eſt inchoatio vite et natiui
tas ſym ſpm̄ nobilior·q̄ natiuitas ſym corpus· Vñ tranſitus ſancto
rum natale eorū ab eccleſia appellat· Audi ad ꝓpoſitum glorioſū
martyrē cypꝛianū·Q⁹ inquit nunc morimur ad imortalitatē morte
tranſgredimur· nec p̄t eterna vita ſuccedere·niſi contigerit hinc
exire non exitus iſte·ſed tranſit⁹ et itinere tꝛali decurſo ad eterna
tranſgreſſus·Hec ille· Sed et quidam Lactantius dicit q̄ multi ex
phīs·quia eternas eſſe animas tanq̄ in celum migraturi eſſent ipſi
manus ſibimet intulerūt vt euſippus·et zeno· empedocles et extra
tionis catho· ¶ Tercia et vltima ratio accedit·q⁹ ſcz ex morte mul
tiplex bñficiū nobis puenit· Vnde et venerādus pater Ambroſi⁹
plurībus bñficijs enarratis ſubiūgit·In reſurrectione quoq; ſurget
eadem natura ſtipendijs mortis honoratior· Demiq; mortui qui in
xp̄o ſunt reſurgent primi dum in aera ſimul cum illis rapientur et
viui·Hec ille pater· Poſt cuius dictū vt teſtimoniū habeam⁹ etiā
ab his qui foris ſunt nequaq̄ iudico dictū tullij egregij locutoriſ
de mortis die loquētis reticendū·O inquit p̄clarū diez cum ex hac
turbe colluuione decedā et ad illud diuinū aiaq; cōcilium ſece-
dam· ꝓficiſcar em̄ ad viros ſapiētes et p̄cipue ad cathonē meū cu
ius corpus a me fuit crematū·quo nemo nat⁹ eſt melior·nemo pie
tate p̄ſtantior·Nec homo ille gentilis·quid ſi fuiſſ fidelis· Vtiq;
tunc qñ dixit· ſecedā ad illud diuinū aiaq; ocilium potius dixiſ
ſet·accedā ad illud diuinaq; ſonaq; atq; angelorū familiare con
tuberniū·qñ dixit ꝓficiſcar ad viros ſapientes pot⁹ dixiſſet ad vi-
ros ſanctos et beatos deo ſapide fruētes· et qñ dixit p̄cipue ad ca
thonē meū quo nemo natus eſt melior potius dixiſſet ad johannez
zacharie·quo nemo natus eſt ſanctior· vel ad johānē zebedei quo
nullus purior·nec xp̄o et eius matri familiarior et dilectior· Nos
igitur xp̄ani gloriemur de morte qua ꝓficiſcimur ad dominū deū
noſtrū dominū vniuerſorū ac ad glorioſam eius genitricē reginam
virginū et generāliter ad ſocietatē ciuiū ſuprnorū·Nec cauſetur q⁹
longam morā in purgatorio facientē ad tardius pueniendū·Nimi
rum otra hoc videt⁹ illud johannis eſſe dictum·Venit hora et nūc

est quando mortui audient vocem filij dei et qui audierint viuent quippe dilationis tempus respectu eternitatis adeo est modicū ꝙ videtur quasi nūc finiri et nihil distare reputandū. cuiꝰ prius simile per cognatam meam est dictum.

¶ Capitulum tricesimū continēs consolationes super instanti agone mortis et derelictione vite presentis.

Tricesimo post premissa ad illam illustrē sepedictā dominam consolatricem accessit et alius tristis sup agone suo instāte et derelictione presentis vite admodū perturbatꝰ. Cui illa ad consolandum eum de suis puellis septem assignauit.

¶ I. CONSIDERATIO.

Prima puella sic ait. O amice homo tuus interior gaudere deberet in agone. eo ꝙ a malo socio vel ab hoste. s. ab exteriore. qui decupiscit aduersus spiritū liberatur. Sed ꝙ nūc tristis est aima tua in agone vel circa. saltē vsqꝫ ad mortem hoc eo quidē reor esse quo te credis cum diues sis ingentia relictuꝝ. nec es memor supra traditionis neptis mee que ex magni atqꝫ magnanimi anthonij sententia dicebat. Nemo cū despexerit mundum reliquisse se arbitretur ingentia. Exiturus igitᵃ e mūdo scias nō esse ingētia que reliques quod quidē videres clarius si astaret tibi pntis et future vite differentia. Audi quid tibi dicit ꝙtum ad vtrunqꝫ illustris Seneca. Magna inquit existimas esse que relicturus es postposuisti illā securitatem ad quā iturus es. retinet te huiꝰ vite fulgor a qua transiturus es tanꝙ in sordida et obscura casurum. erras. ex hac vita ad illam ascenditur. ꝙ interest inter splendorē et lucem. cum hec certam originem habeat atqꝫ suam. ille niteat ex alieno. hoc interest inter hanc vitam et illam. Hec fulgore venīte extrinsecus pcussa est statim crassam illi faciet vmbram quidquid obstiterit illa suo lumine illustris. Hec seneca. Et ecce vir ille gentilis ꝙntum ad ea appropiquat que sperare habꝫ homo fidelis. s. nō se casuꝝ in fetida et obscura. sꝫ puentuꝝ in lucē sanctā et securā. quēadmodū a xpo petimus pro aimabꝰ defunctoꝝ dicētes. libera aias ne absorbeat eas tartarus. ne cadant in obscura. sed signifer sanctꝰ michael representet eas in lucem sanctā. et subiūgitur fac eas trāsire de morte ad vitam que sꝫ suo lumine est illustris. nec eclipsari potest ad modum vite presentis per crassam vmbram peccati vel tenebre infernalis. Vnde hec vita pns ꝙntumcūqꝫ ex alieno fulgeat tamē secundū se non res ingens est. sed exilis. de qua fidelis agonisans habet non cadere. sed ascēdere ad lucem patrie celestis.

¶ II. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. O amice forte tristaris circa agonem eo maxime ꝙ relicturus es post te vxorē dilectam atqꝫ plem improuisam. Sed tu sup dnm qui pupillum et viduam suscipiet. Iacta

cogitatū tuum. Iactent et ipſi ſi ſint adulti cogitatum ſuum et ipſe eos enutriet. An deceptorium eſt dictū ꝓphete id ſuadentis. Abſit Eſt em̄ fidelis ꝓpheta dn̄i et ip̄e dn̄s vocatus eſt fidelis et verax. eſtq; pius et miſericors. Iacta ergo ſecure ſup dn̄m cogitatū tuum et ip̄e te enutriet. te inq̄ in celo in tua. et te etiam in pſona ꝓpis in terra. Si em̄ amicus eſt aliter ipſe et filij artioris amoris neceſſitu dine tibi ſunt aſtricti. et viſceroſiꝰ dilecti. quēadmodū ad ſp̄uales filios ait magnus Anthoniꝰ. O viſcera mea. ſequit² verbū ꝓphete et ad ip̄os filios tuos eſſe extendendū. Ita ſane vt ſup dn̄m cogitatum tuum iactantē ip̄e te enutriet in te. Vtiq; te enutriet et in ip̄is p̄ſertim ſi mater nō eſſet que te decedēte ip̄os nutrire poſſet. neceſſe em̄ eſt pie credere q̄ ip̄os in hoc caſu dn̄s aſſumeret. quēadmodu; dixit ꝓpheta pater meus et mater mea dereliquerunt me. dn̄s autē aſſumpſit me. Nunc igitur ꝓ illis. Iacta tuū p̄cipue qui rēis vſu carentis ſuum nō hn̄t quē ſup dn̄m iactent cogitatū. Siquidē in fide parentū baptizati ſunt quod ſufficit in hoc ſtatu ad nutriendū eos ad vitaz eternā. cur ergo nō ſequeret² id qđ minꝰ ē. ſ. q̄ ip̄i in fiducia et ſpe tua ꝓ ip̄is ſint ꝓuiſi p dn̄m. et enutriti quo ad vitā temp alem. Sit igit² cogitatus tuus p̄o ip̄is huiuſcemodi. O dn̄e paſtor eterne paſtor bone. ecce hij filioli mei ſunt filioli tui et magis tui quos dediſti michi deus. quos nūc reddo et dmēdo tibi. ſunt pauꝑculi tui tibi derelicti. ſcio q̄ tibi derelictus eſt pauꝑ orphano tu eris adiutor. ſunt ouicule tue ne paſtor oues deſeras. Heccine cogitans q̄q; volucres celi paſcit. ac quinq; panibus quinq; milia hoim pauit plene dfides in dn̄o q̄ ip̄e ꝓlem tuā enutriet et nequa q̄ deſeret vel relinquet. Iam magis ſuā q̄ ꝓlem tuā non modo volucrem ſz creaturā rōnalem ſuam quidē formatam ad ymaginem.

¶ Rurſum cogita ſi potes et illud verbū ꝓphete. Dn̄s regit me et nihil mihi deerit in loco paſcue ibi me collocauit. Sit hec vox ſine voce ꝓpria ꝓlis tue te p̄o ip̄is dicēte. Dn̄s regit me cū me p̄ſus nec ſciam nec poſſim regere. ſz eo ꝓuidēte nihil mihi deerit in loco paſcue ibi me collocauit. Deniq; ſi his vt poterie circa agonem p̄miſſis decedas firmiter tene et nullatenuſ dubites quin vel deo corda fideliū mouēte ip̄orum fideliū pietas et deuotio paſcet et enutriet ꝓlem tuam acſi neceſſe fuerit etiam eoꝝ matrem.

¶ III. CONSIDERATIO.

Tercia puella ſic ait. Neſcis o homo agonizās q̄ mori cōtingit in egreſſu aime a corpe. qui egreſſus aime iuſte merito debz fieri cum iocūditate. Audi hugonē illum regularē illi vocatōi qua dei filius ſuam matrem de hac mortali vita tanq̄ de aſpera hyeme vocauit taliter alludentē. Hyems inquit trāſijt. En aia ſancta age quod vis. mundus tranſit et ocupiſcētia eius. Cur diligatur quod tranſit. cum diligendū non eſſet. etiam ſi maneret. Nam cum ſtaret nocuit. cum ptrāſiret decepit. in altero crudele. in altero fallax.

XIII

Audi ergo potius vnde gaudeas qm̃ hyems trāsijt·pmber abijt et recessit·q̃d est hyems·Nōne mortalis vita quā corruptōis sue tor= por constringit et ignorātie caligo obnubilat·Ad agendū quippe bonū est pigra·et ad pficiendū nubila·et vbi est pmber·Nam ge= lu quidē interius ostringit·pmber aūt extrinsecꝰ ruens dissoluit· pmber igitur in his q̃ pter ingenitā corruptionē quotidie molesta ingruūt·Egredere ergo cum iocūditate·nec dux tibi videat² car= nis corruptibilis indumentū morte deponere·exilium euadis·ab erūna liberaris·Hec ille regularis·Hanus sane cōsiderationi hoc adici poterit q̃·s·aīma quasi quodā habitu corpali substantia sup induta turpem videtur habere et grossam tunicam rusticanā·a qua pecie otinue defluūt·Quippe partes corporis ꝛm materiā testan= te mundi phō otinue fluūt et defluūt·et si durāte vita p partes re fluētes quasi p pcias restaurētur ille nō sunt ita pure nec ita pro porcionate sicut pecie seu partes defluētes et depdite· quare tale rusticanū indumentū deponere·non debet ipi aie esse graue·sed io cundum magis sub spe certa stole glorie citius recipiende·

CIIII·CONSIDERATIO·

QVarta puella sic ait· O amice multū p omnē modū pōt te ago nizante ostolari spes vel res de expientia gratissimax visionū vel alioꝛ effectuū in morte contingentiū·de quibus scribit egre= gius pater Gregoriꝰ·Plerūq; inquit iustis otingit vt in morte sua sanctorum pcellentiū visiones aspiciāt·ne ipam mortis sue penalē sententiā ptimescant·Sepe quoq; aīmabus eorum exeuntibꝰ solet dulcedo laudis celestis erumpere· vt dum illam libenter audiunt dissolutionē carnis ab anima mīme permittantur sentire·Nōnunq̃ vero in ostolationē egredientis aīme ipe etiā appere solet actor et retributor vite· aliq̃n vero aīme meritū·nō in ipo egressu suo ostē= ditur·post morte vero citius declarat²·Vnde et sancti martires ab infidelibus crudelia multa ppessi sunt·qui tamē ad ossa sua quoti= die signis et miraculis clarescūt·Quid igitur et viris sanctis ob= esse putatur si admodū dure moriant²·et est fortassis eoꝛ culpa nō nunq̃ licet mīma que reserari debeat in morte ipa·Nam etiā legi= tur p vir dei otra samariā missus·quia p iobedientiā in itinere co= medit·hunc leo in itinere occidit·et postmodū leo iuxta asinū ste tit et de cadauere nō comedit·ex quo·s·oñditur q̃ inobediētie pec catum in ipsa morte fuerit laxatum·quia idem leo quē viuentē pre sumpsit occidere otingere non p̃sumpsit occisum· Plerūq; vero de culpis mīmis ipse solus pauor egredientis aīmas iustoꝛ purgat·si cut viro sancto cuidā accidit·quia sc̃z ad morte veniens vehemen ter timuit·s̃z post morte discipulis in alba stola apparuit·et q̃ pre clare susceptus sit indicauit·Hec Gregorius·

CV·CONSIDERATIO·

QVinta puella sic ait. O amice adhuc permultū poterit te agonizantem ꝺsolari. hoc quod venerabilis pater jeronimꝰ ei qꝺ de visionibus ꝑmittitur vel in parte ꝺcoꝛꝺans scribit ad Eustochium. O inquit virgo regredere queso paulisper de carcere. ac ꝑtis laboꝛis mercedē añ oculos tuos depinge. quā oculus non vidit. nec auris audiuit. nec in coꝛ hois ascendit. Qualis erit illa dies cum tibi maria mater ꝺñi chozis occurrz comitata virgineis. cum post mare rubꝛū pharone submerso cum exercitu suo tenēs timpanū precinet respōsuris. Cantemꝰ ꝺño glo ꝛc̄. Tunc tecla in tuos leta volabit amplexus. tūc et ipe sponsus occurret et dicet. surge et veni colūba mea. Iam em̄ hiems trāsijt et recessit ꝛc̄. Tunc et angeli mirabunt. et dicēt. que est ista que ꝓgreditur quasi aurora ꝛc̄. Videbūt te filie et ꝑdicabūt regie et laudabūt. Sara cū nuptis obuiā veniet. Anna cū viduis. pueri quoqz clamabūt Osanna in excelsis quotiēs te vana seculi delectat ambitio. sic mente trāsgredere ad paradysum. Hec dictus pater.

VI. CONSIDERATIO.

SExta puella sic ait. O bone frater ꝺsolationē accipe nunc etiā ex epistola scripta francoꝝ regi in moꝛte filij i qua sic habet. Occurrūt vtiqz iustoꝝ aīmabꝰ et angeli et sancti sicut ecclesia postulat in exequijs defuncti. Subuenite inquit sancti dei. occurrite angeli ꝺñi. Ipsas iustoꝝ aīmas exeuntes a coꝛpoꝛibꝰ adiuuāt boni angeli modis tribus. Primo scz quia ꝺferūt eis aliquid ꝓ quod obliuiscunt affectus quē habēt naturaliter erga coꝛpus. Nam illo pondere dilectionis szm Augustinuz depzimūtur naturaliter vt exeant inuite. etiam si penitus sint purgate. a quo pondere angeli eas abstrahunt dum eas ad gaudiū paradysi plus et plus desideranduꝫ puocant et accēdunt. Ita ꝓ libenter et defacili exeunt. Iuxta illud deutronomij. Letare zabulon in exitu tuo. Secundo quia demones arcent ne illas exeuntes impediant. Iuxta illud pſ. Super aspidem et basiliscū. ꝛc̄. qm̄ angelis suis mandauit de te ꝛc̄. Tercio quantū ad quasdā priuilegiatas aīmas quas assumpto coꝛpoꝛe visibiliter in celum deferūt. vt animā beati martini. et beati bꝰdicti. et plures alias ꝓpter hec oīa canit ecclesia. choꝛꝰ angelorum eas suscipiat. et in sinu abzahe eas collocet. Hec in ꝑdicta epla.

VII. CONSIDERATIO.

SEptima puella sic ait. O frater si post oīa premissa ꝓ soꝛoꝛes meas tradita nōdum plene ꝺsolaris. eo foꝛte ꝓ nihilominus ꝓpter insinuatas demonum temptationes et impugnationes apud te cogites bella mihi video. nec sum certꝰ de adiutoꝛio opoꝛtuno Erras omnino nisi tu non velis adiutoꝛium tibi promissum i nuocare. Cuius inquies. Profecto illius virginis que fulta fide iudicem maxentium non foꝛmidabat. katherinam loquoꝛ de qua canit ecclesia. Imminente passione virgo hoc interserit assequatur. Ihesu bone quod a te petierit suo quisquis in agone memoꝛ mei fuerit.

Sed quid. Certe ad ipam facta est vox celitus eam asserēs exaudi= tam. Hanc igitur in agone tuo inuoca. ꝙ sup oīa reginā virginū. de qua sic ait pater clareuallis. Ille solus o virgo beata tuas lau= des sileat qui te fideliter inuocatā sensit vnq̄ ī suis necessitatib9 si bi defuisse et q̄d mirū si inuocata adest q̄ etiā non vocata p̄sto est. Audi rursum eundē patrē. Si inq̄t criminum īmanitate turbaris. si cōscientie feditate confusus. si iudicij horrore perterritus. si baratro desperationis absorptus. mariā cogita. mariā inuoca. non recedat a corde. nō recedat ab ore. nam ipam cogitans non erras. ipam ro gans non desperas. Hec ille pater. His itaq̄ p̄cellentib9 aduoca tis maria. s. et katherina deuote inuocatis poterit aīma tua in por= ta exitus sui a corpe inimicis suis siquē senserit aduersantem auda cter insultare. quemadmodum decet pater clareuallis qui sic dicit Felix aīma que fiducialiter sic loquitur inimicis suis ī porta. qui d hic astas cruenta bestia nihil in me funeste repies.

Explicit liber decimustertius de cōsolatione theologie. Incipit decimusquartus otinens consolationū remedia otra turbatiua que opponuntur bone ipius aīe dispositioni seu oditioni. Capitulum primū continens desolationes sup ingenij duricia et obtusitate.

QVartodecimo post p̄missa decem tristibus ad princi= palem dominam desolatricem supradictam accedēn= tibus primo omniū vn9 ex eis dequestus est de inge= nij sui duricia. Cui illa ptinus de suis puellis cōso= lationis gratia tres adiunxit.

I. CONSIDERATIO.

PRima puella sic ait. O amice de duricia ingenij nō debes mul tum turbari. Vis scire quare. Ecce cuius finis bonus ipm quo q3 bonū esse affirmat. ad finē igitur spectandū est. Sed quid. Dro fecto vbi donū scientie cuius vsus negligit. plagaꝝ dei est occa= sio. quippe seru9 sciens voluntatē dñi sui et nō fatiens plagis va= pulabit multis. ibi cum sciēdi desiderio tarditas atq3 labor p cōse= quens scientiā acquirēdi finē merētur maiorīs p̄mij. Audi illū psi= derum. Quidā inquit dei iudicio donū scientie. quia negligūt accī= piunt vt durius de rebus creditis purgātur. tardiores aūt ideo qd scire cupiūt difficulter ineniūt. vt p maxīo exercitio laboris maxi mum premiū habeāt retributionis. Audi quoq3 et Gregorīū. idcir= co desidiosus ingeniū sepe accipit vt de negligētia iusti9 puniatur quia quod sine labore assequi potuit scire cōtenit. et ideo nōnunq̄ studiosus tarditate intelligētie p̄mitur vt eo maiora p̄mia retribu= tionis ineniat. quo magis in studio inuētionis elaborat. Nihil er= go est in terra sine causa quando et studioso tarditas ad premium proficit. et desidioso velocitas ad supplicium crescit.

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. Aduertas karissime pro tua desolatione quod ingenioſi habent in capacitate. hoc habēt hij qui duri sunt in tenacitate. Vis hoc exemplo scire. Ecce aqua figurā quā p impssionē cito capit eque cito pdit. ferrū aūt pre duricia. aut cera dura figure impssionē difficulter capit. captā aūt seu receptā faci le nō amittit. Sed quid. Profecto multo melius est hoiem hoc qđ legitur vel docetur difficulter cape et capta firmius retinere q̄ le uiter cape et que capiunt̄ citius pdere. Huic nimiꝝ dcorđat illud poeticum. Non minor est virtus q̄m querere parta tueri. sed supple maioris est virtutis.

III. CONSIDERATIO.

Tercia puella sic ait. O carissime si durus es defectus remedia bilis est. Quibus inquies modis. Certe labore et orone. Vis scire q̄ labore. Attēdas illud poeticū. Labor improbus oīa vicit puta si durū tuū ingeniū laborioso et frequēti exercitō stiloꝝ acu ti studij exaretur. Nimiꝝ sicut dicit insignis boeti9. Diligētia cu iusl ibꝝ opis obtusitas pmollit̄. Vis scire q̄ etiā et forte plus ora tione. Ecce viam sciendi p oronem p̄uiam nedū viri catholici. Sed gentiles etiā et iudei apphendisse noscūtur. et vt de plurimis pau cos expimā cōstat legenti platonē illū inthimeo qui vir gentilis erat q̄ ipe quidē iudicabat q̄ omnē actionē p̄cedere deberꝝ oratio et tunc maxime qñ aliquid magnū vl ambiguū est tractandum. et nihilominus q̄ in oīmibus siue maximis siue mimis diuinū auxiliū debet implorari. Magis autē digne vir catholicus p̄fatus. s. boe tius inducto ad hoc platone eandē sciēdi viā apphendit sic dicēs. cum vti in thimeo platoni nr̄o placuit in mimis quoqꝝ rebus diui num p̄sidiū debeat implorari inuocandū rex oīm p̄em. quo p̄ter misso nullum rite fundat̄ exordiū. hec boeti9 cuius ob hoc in me tro talis sequitur dei patris inuocatio. Da pater augustā mētis cō scendere sedem. Da fontē lustrare boni. da luce repta. Inte dspicu os aīmi defigere visus. discite terrene nebulas et pondera molis atqꝝ tuo splendore mica. Iudeus quoqꝝ ille philo doctissimus ean dem apphendit sciēdi viā postmodū p ecclesiā visitatā. Deus inqt p̄em meoꝝ da mihi sediū tuaꝝ assistricē sapientiā. mitte illā de ce lis a sede magnitudinis tue. vt mecum sit. et mecū laboret. vt sciā quid acceptū sit apud te. Deniqꝝ eandē viam tenuit noster aquinē sis. Nam vt de ipo legitur quotiēs disputare. legere. scribere. vel dictare voluit pri9 ad orois secretū accessit et inde surgēs. inueni bat sic in pmptu qđ scriberet vel dictaret. vt q̄si in libro aliquo didicisset. Nam vt socio suo secreto reuelauit et secretū q̄diu vixit seruari voluit scientiā suā non tam hūano ingenio et studio q̄ oro nis subffragio diuinitus impetrauit. Quid plura. Nōne et euāge lista johes qui prius euāgelij fluenta de ipso sacri pectoris fonte

potauit·nihilominus tandē scripturus euangeliū vt concederetur ei digna scribere dñm p̄cabatur et trium ob hoc diex ieiuniū indicebat·Et quid miri·Nam et hugo ille regularis similē tradens sententiam·Non inquit cōfidat p̄dicatoz vel auditoz verbi diuini de acumie igenij·de subtilitate scrutinij·de sedulitate studij·sz magis confidat de boitate dei·de pietate ozacli·de hūilitate cozdis itimi·

Capitulū secundū otines consolatōes sup defectu memozie·

SEcundo polt p̄missa ad p̄dictam dñam cōsolatricē accessit et alius tristis et ei de defectu sue memozie est oquestus· Cui illa tres de suis puellis osolationis gra deputauit·

I·CONSIDERATIO·

PRima puella sic ait·O amice nō turberis de defectu memozie· Nempe si latā haberes memoziā magis restrictā p̄sertim quo ad res ignobiles deberes optare teqz ad pauca et nobiliora reducere·Quis em̄ sane mētis scriniū aureū accomodaret reb⁹ ignobiliozibus in eo reponēdis puta luto vl stercoribus·Null⁹ inquies Sed quid·Certe scrinium hūane memozie auro est nobilius et receptiuum sapientie que p̄cioso3 est auro et oī lapide p̄cioso· omne em̄ aurum in compatione illi⁹ harena est exigua et tanq̄ lutū estimabitur argentū in ospectu illius nec compabo illi lapidē p̄ciosū Restringas ergo memoziā tuā et reserues dictū scriniū sapietie increate in te collocāde·cetera aūt p̄sertim harene et luto compata et que paulus reputabat velut stercoza·tuā memoziā nō occupent tanq̄ indigna in ea oseruari· dicas potius cū psalmista·memoz fui dei et delectatus sum·Hic possideat coz tuū·Sis ꝓpter grām cōsequendā·vt alter thobias memoz dñi in toto cozde tuo·an nō poterit solus coz tuū totū memoziter occupare· Poterit vtiqz·Non cures igitur si se non ingerāt rane et ciniphes id est scientiole his rebus compabiles·habeas deum in toto cozde tuo·et in tota mente tua a meminisse dicta·eo mō quo petit ecclesia solū deū pura mente sectari·Non turberis erga plurima in tua memozia reponenda· non turberis inq̄ sicut martha·Dozo vnū est necessariū·Maria optimam partē elegit·s·solū dñm suum· De quo hugo ille regularis loquēs aime·Vnum inquit agnosce·vnū dilige·vnuz sequere·vnū apphende·vnum posside·Gaude si memozia tua sit sicut esse debet intelligētia tua sicut et volūtas tua· vnū agnosce inquit ille·s·intelligētia mediāte·vnū dilige·s·mediāte volūtate·et vnū possidesz in scrinio vel archa archane memozie·quēadmodū etiā p intellectum suadet paulus·Non plus sape q̄ opozet sape·sz sape ad sobrietatē·Sed et magis se restringens seu determinans sic dicebat· Non iudicaui scire me aliquid inter vos nisi xp̄m ih̄m et hunc crucifixum·Noz tn̄ addam⁹ et matrē eius dicēte angelo·Accipe puerum et matrem eius·quippe de illa canimus q̄ assumpta in celum·

sui memorꝝ immemor nequaq̄ existat. Sane huius additio seu ad memoriā admissio nō est p̄missis otraria nec superflua sicut nec alia vna cum ipa ad xp̄m ordinata p̄sertim necessaria et vtilia. quia vbi vnum ꝓpter alterꝝ vtrobiqꝫ tm̄ vnum est. Sꝫ si memoria tua tanq̄m infirma nō capit superflua nulla de hoc sit tibi cura vndecūqꝫ hoc ꝓueniat. siue natura. siue etate. siue infirmitate. Q⁹ si p hoc forta sis delirare iudiceris bn̄ tecum agitur. Nam delirus senex a statibus et officijs admodū ipi aime periculosis facile supportatur.

III. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. Audiuisti nūc sororē meā q̄ ad vnū tm̄ memoriā tuā accomodes exortantē. et certe ad hoc te multū promouet. si tua memoria ad multa nō sufficit memoriter capienda. imo ipa multorꝝ amputatio iuxta illud sapientis p̄is osiliū. Ei li ne in multis sint actus tui mentē tuā eleuat ad dictū vnū et omnium sūmū memoriter retinendū. Audi gregorij pape egregiū exemplū supra p neptē meā recitatū. Quo inquit extra se spargi propter disciplinā mens nō potest. eo sup se intēdere p ꝓfectum amplius pōt. quia et in altū crescere arbor cogitur que p ramos distē di ꝓhibetur. vt cum riuos fontis obstruim⁹. fluēta surgere ad superiora reuocamus. Dices forte otentarer de dei memoria p alijs multis. Sꝫ quid determiabit me ad vnū cum exclusione multorum. Certe hoc te determiabit q̄ vt p̄misit soror mea vnū est necessariuꝫ qd̄ etiā est p̄ oīibus delectationis cātm̄. Dicēte psalmista anthonomatice. Memor fui dei et delectatus sum. nec hoc mediocriter sꝫ vsqꝫ ad ꝓpij spiritus in exercitio otemplationis salutarem defectum. delectatus sum inquit et exercitatus sum et defecit spūs meus. Nouitqꝫ illud vnū si cordi impssum habeatur. nō multorꝝ tm̄. sed vices supplere oīm. hinc em̄ de ipso in figura dicit scriptura. Oīa simul in te vno hn̄tes. Deniqꝫ vocatū est nomē eius admirabilis deus fortis tanq̄ eius qui ꝓpter mirabilia que fecit fortis ē ad intimandū se p̄ ceteris hoim memorijs. quippe sm̄ ph̄icam traditionē et expientiā q̄nto aliqua sunt magis mirabilia. tanto sunt etiaꝫ magis memorabilia. Hinc deo loquēs psalmista. Memor inquit ero ab inicio mirabiliū tuorꝝ.

III. CONSIDERATIO.

Tercia puella sic ait. Erater carissime d̄ labilitate memorie tue non turberis. Nam defectus iste remediabilis est multis modis. quibus iquies. certe nodo cinguli. manu cruce vel alio signo in margine libri āmonitione serui vxoris vl̄ socij arte scribēdi arte tradita in rethorica tullij ne dicā arte q̄cūqꝫ illicita vl̄ supsticiosa q̄ absit ab vsu boni viri. Licito aūt vsu remediādi ocesso nō solū defect⁹ fortis memorie est remediabilis. sꝫ est etiā otra errores sepe valde vtilis. valet em̄ otra accidētia bone memorie. cui inter alia accidit p̄sumptio qua viri bn̄ memores suis memorijs initētes p̄sumūt. absqꝫ hoc q̄ libros respiciāt in casib⁹ multotiens periculosis

requisiti·dare responsa quibus ipsos cōsultantes ducūt in errores presumunt quoq; scribendi libros·allegare falsas licet a se opinatas autoritates·Econtra aūt recognoscētes se esse labilis memorie libros in hmōi diligētius respiciūt nec indigeste allegare vel proferre presumūt· ne iuxta dictū aristotilis modicus error in principio maximus sit in fine·

¶ Capitulum tercium continens ysolationes sup stulticia ac sup dementia habente lucida intervalla·

TErcio post p̄missa ad dn̄am ysolatricē antedictam accesserunt duo tristes quor̄ vnus de stulticia alter de interpolata dementia est oquestus·quibus illa ad ysolandū eos de suis puellis quatuor assignauit·

¶ I·CONSIDERATIO·

PRima puella ad p̄imū tristem sic ait·O homo qui de stulticia quereris·vel stultus es in veritate ·vel solū mundi reputatōe Si stultus es in veritate de stulticia non turbaris·nec sup stulticia remedio indiges ysolationis·eo q̄ te sapientē esse arbitraris iuxta puerbiū salomonis·Sapientior inquit sibi piger videtur septē viris loquētibus sentētias vbi dicit ordinarius appatus sapiētior sibi videtur stultus septē viris septiformi gr̄a imbutis qui loquūtur sententias sacre scripture·Immo intm̄ stultus se reputat sapientem q̄ itidē dicit sālomō·Stultus cum insipiēs sit·om̄s stultos estimat·

¶ Porro si stultus es solum mundanor̄ hoīm estimatione·sit hoc tibi pro maxima ysolatione qđ·s·ex hoc sequit·q̄ nō sis veraciter stultus sed sapiēs apud deum·Si vero nihilomin9 ꝓpter stulticiā apud mūdanos estimatā te manet tristicia·Heccine te poterit consideratio ysolari q̄·s·gaudē habes magis q̄ si polleres tota sapiētia mūdiali·vtpote q̄ gaudere habes de aliquo meliori·Quid inquies est illud Ecce mundialis sapiētia inflat et extollit·ꝫ stulticia in te tm̄ estimata te hūilando deprimit et iflationē siqua ineſſ tollit p̄sertim si frequēter estimet·tūc em̄ frequēter humiliat·frequēs aūt hūiliatio via est ad virtutem hūilitatis·sicut lectio ad scientiā ꝫm patrē clareuallis·Sꝫ q̄d Certe virtus hūilitatis imo gradus vnus illi9 virtutis p̄stantior est q̄m tota sapientia mūdialis· quippe illa est vera stulticia apud deū·q̄ igitur illa stulticie tue tm̄ estimate n̄ sit p̄eligēda·ꝫ magis econuerso Docet paul9 vas electionis·q̄ inquit stulta sunt mundi elegit deus·vt confundat fortia·De sapientia nūc mundana affirmat contrariū· Sapientia inquit huius mundi stulticia est apud deū·scriptū est em̄ deprehēdā sapientes in astutia eor̄·Et iterū dicit· dn̄s nouit cogitationes sapientiū quoniam vane sūt·Itidē quoq; dicit pdam sapientiā sapientiū· et prudentiā prudentiū reprobabo· nōne stultā fecit deus sapientiā hui9 mūdi nā qz n̄ cognouit mund9 p sapientiā deū·placuit deo p stulticiā p̄dicatōes saluos facere credentes·

¶ II·CONSIDERATIO·

Secunda puella sic ait. O frater nõne iam p sozozem meam dixisti q̃ sapientia seu pzudentia mundialis inflat et extollit. stulticia aũt seu impzudẽtia mũdiali pzudentie opposita humiliat et depzimit. Sed que sit hoꝝ differẽtia. si vis scire videas in quo aut quõ pzudentia mundialis extollat. Ecce expientia docet q̃ reputari facit. honozari facit. in negociationibꝰ lucrari facit. in auro et argento diuites facit. in mundo dñari facit. plurimos pzelatos facit. nõnullos reges cõstituit. et hos et alios ea p̃ditos multum timeri facit. Sed hec quid sunt inter tãtos. id est inter stultos minus reputatos. sed apud pzudẽtes seculi huiliatos et depssos. non aũt dixerim inter tantos ꝫm q̃ntitatẽ discretã. pzo q̃nto stultorum infinitus est numerꝰ. ꝫ inter tãtos dixi id est inter tã magnos ꝓpter humiliationem que stulticiã sequitur in virtute hũilitatis factos. Hec quippe hũilitas licet in exteriozi appentia sit mime quãtitatis tñ in existẽtia est maxime virtutis. quapzopter magnos osti tuit ipos mundi stultos. Ipius em̃ virtus sua magnitudine dyabolum vincit et pompas insidiaꝝ et laqueoꝝ eius. quẽadmodũ habita visione q̃ totus mundus dyaboli laqueis esset plenus. et que sito quis posset eos euadere respõsum est diuinitus q̃ humilitas. Vñ ꝫm scripturã stultos deus elegit. elegit inq̃ eos ad statũ altissimum celestis beatitudinis. nam et ipso deo teste qui se humiliat exaltabitur. et sublimis erit valde. vt qui hic fuit in pmis valde in celo sit sublimis. vbi potissime illa scriptura de deo loquẽs verificatur ponit humilem in sublimi.

III. CONSIDERACIO.

Tercia puella sic ait. O frater de stulticia saltẽ illa que pzudentie carnis opponit² seu multe astutie que abusiue sapiẽtia vel pzudentia a nõnullis appellat² nequaq̃ turberis. ob hãc em̃ apud deum et homines meliozẽ sozte sperare poteris. hoc videtur salomon sapientissimꝰ innuisse. Vidisti inquit hoiem sapientẽ sibi videri magis illo spem habebit stultus. ſ. sibi ꝫm glosulã vtpote q̃ nõ innititur sue pzudentie tanq̃ astutus. et super se reflexus. nõne em̃ iste meliozis spei debet esse apud deũ q̃m si sibi inesset que ei opponit² pzudẽtia carnis. certe sic dicẽte paulo. Prudẽtia carnis moꝝ est. pzudẽtia aũt spũs vita et pax que. ſ. stultum hmõi sapientẽ efficit vt paulus innuit. Siquis inquit inter vos videtur sapiẽs esse in hoc seculo. stultus fiat vt sit sapiens. Pozro si vis scire q̃ etiam stulticia ista q̃ multe astutie opponi² hoiem cui inest in maiozi spe ostituat etiã apud hoies. q̃ si multũ sapiẽs videret². Audi salomonem. Agnoui inquit q̃ in multa sapiẽtia multa sit indignatio. Nẽpe qui sibi sapiens videt² tanq̃ astutus innitẽs pzudẽtie sue sup se reflexus. is alijs indignat² tanq̃ inuidus et supbus. ꝫ et alij plurimi ei indignãtur timẽtes eius astuciã et deceptiones et eiꝰ detestantur inuẽtiones ipsos impedientes. quo fit vt spe quã habet ad

magnas promotiones frequētius frustratur q̄m si foret simplex et rectus·et tanq̄ sibi stultus non inuitēs prudentie sue· nec quereꝛ que sua sunt sup se reflexus.

¶IIII·CONSIDERATIO.

QVarta puella ad hominē ꝓpter dementiā q̄ p tempe patit² cō tristatū sic ait·O dilecte hoc te dolet² q̄ mala que te otingit tpe dementie ꝓpetrare tibi minime imputātur·Vis hoc scire·Audi venerandū antistitem Ambrosiū cuius dictū in decretoꝝ volumine recitat²·Neq; inquit si p furoꝛē aliquis īnocentē pimat obnoxius mortis est quin etiā diuini legis oꝛaculo·Siquis p imprudenti am intulerit necem accipit impunitatis spem et refugij facultatem vt possit euadere· Audi quoq; et magnū p̄em Augustinū in venerabili decretoꝝ volumīe inductū·Aliquos inq̄t scimus subito dementes factos ferro fuste lapidibus morsib⁹ multis nocuisse·quosdam etiā occidisse·captos autē industria et iudicijs oblatos mimereos factos· eo q̄ nō volūtate ꝛ impellēte vi nescio qua hec gesserint nescientes·quō em̄ reus ostituitur qui nescit qđ fecerit·Hec pater ille magnus· Demq; status dementie humilē vel humiliorē natus est reddere et sic vel gradū addere qui q̄nti sit p̄cij apud deum hominis estimationem excedit.

¶Capitulum quartum continēs ꝺsolationes sup carentia magne lr̄ature seu scientie.

QVarto post p̄missa ad dominam ꝺsolatricē accessit et ali⁹ tristis qui ei sup ignoꝛantia siue sup lr̄ature et scientie carentia grauiter est conquestus·Cui illa cōsolationis g̃tia de suis puellis quinq; deputauit.

¶I·CONSIDERATIO.

PRima puella ad p̄fatū tristem sic ait·Carissime nōne sepius audiuisti q̄ varius est euent⁹ belli·Vñ qui magis p̄sumit de habenda victoꝛia frequēti⁹ vincitur in pugna· Ez ecce frater sūt qui pugnāt otra ignoꝛātiā et cum multo studioꝝ laboꝛe coꝛpmq; euiscꝛatione et rexꝺsumptione vix possūt ipam ignoꝛantiā supare et fugare· Q⁹ si hac in pugna triūpho potiantur et scientiā acquisiuerint multo grauioꝛ et aīe piculosioꝛ iminet eis pugna·s·otra vanā gloꝛiā·q̄ scientie maxime seculari sociat²·habetq; spm̄ supbie cū sua militia et malicia foꝛtissimū adiutoꝛē· ita sane q̄ vix est aliq̄s adeo constātis aīmi qui hoc i plio nō subcūbat·ꝓpter qđ multi otra hāc sequelā scientie possent optare tanq̄ rem min⁹ piculosam q̄ in poꝛi pugna qua otra ignoꝛātiaꝫ pugnauerūt atq; p̄naluerūt potius subcubuissent·Hanc cōsideratione capias ex traditione egregij patris Gregoꝛij· Mens inquit mea eruditi appetēs vix supat ignoꝛantiā sed erudita grauius contra gloꝛiam scientie.

¶II·CONSIDERATIO.

SCda puella sic ait· O amice q̄to aīa maioꝛ nobilioꝛ et ꝺlicatioꝛ ē coꝛpe tāto e⁹ infirmitas piculosioꝛ ē coꝛpis infimitate·igi²

inflatio vel tumor anime periculosior est inflatione seu corporis tumore quare et causa inflationis huius vel occasio si non insit. Hec materia tristicie minime debet esse. Sed quid. Certe magna ꝛratura seu scientia cum scientia inflet tumoris seu inflationis aime causa seu occasio. vt in pluribus solet esse. Audi ysidorū qui hoc cōsiderans. q̄nto inquit sunt maiora ꝛrature studia tanto aimus arrogantie fastu et inflatu maiore intumescit iactātia Hec ille quare sequitur manifeste q̄ tristari nō debet quis de carētie magne ꝛrature seu scientie.

III. CONSIDERATIO.

QErcia puella sic ait. O frater qui se maiori pfectione ꝑpter minorem priuat vtiq; se fatuū esse ꝓbat. Sed quid. Profecto qui sibi sapientiā ꝑpter secularīū scientiaꝝ studiū arrogāter attribuit ille a multo maiori pfectione quasi. ſ. infirmū habēs mētis oculū a luce supne cogitationis et a claritate veri lumis se excludit. Audi egregiā Gregorij sentētiā sacre scripture exponentē methaphoram in venerabili decretoꝝ volumīe recitatā. Albuginez inq̄t habet in oculo qui veritatis lucem videre nō sinitur quia arrogantia sapientie excecat. pupilla nanq; oculi nigra videt albuginē tolerans nihil videt. quia videlicz sensꝰ humane cogitationis si stultū peccatorem q; se intelligit cognitionē intime claritatis appꝓhēdit. Si autē sibi candorem sapiētie tribuit a luce supne cogitationis se excludit et eo claritatez veri lumis nequaq̄ penetrat quo se apud se p arrogantiā exaltat sicut de quibusdā dicitur in epla ad Romanos. dicentes em̄ se esse sapiētes stulti sunt. Hec pater ille. Sed q ipe ꝺditionaliter ꝑponit alter inesse ponit. ſ. ysidorus p verba sua clara prius p sororē meam recitata quare sequitur. q̄ js qui ita facit stultum se esse concludit.

IIII. CONSIDERATIO.

QVarta puella sic ait. Nōne consideras q̄ nō expedit homini a creditore plus mutuo recipe q̄ sit necesse. Nempe q̄ntum recepit tm̄ solet creditor tandem ab eo repetere et si g̃ue sit a creditore mutuū obtinerre vel p mutuo supplicare g̃uius est multo tantundem ei reddere. Sz quid. Certe in deo oms thesauri sapiētie et sciētie sunt absc̄diti tanq̄ eius ꝑprij et alijs de gr̃a p necessitate cōfidenter postulātibus mutuādi dicēte jacobo alphei. Siquis indiget sapiētia postulet a deo qui dat oībus affluēter. ſ. q̄ntum est ex se licet postulās ꝺtentari debeat si recipiat p modo indigētie. nō em̄ gratis dicit. siquis indiget. nec g̃tis dixit paulus. Nō plus sape q̄ oportet sape. sz sape ad sobrietatē. Si em̄ homini multū credit mꝰ tum ab eo exigi. qꝺ nimiꝝ in hac materia satis exprimit venerāꝺ antistes Ambrosius. Cui inquit plus creditur. plus ab eo exigitur sicut scriptū est. scīenti legē et nō facienti grande peccatū est.

V. CONSIDERATIO.

Quinta puella sic ait. Quid est homo q̄ de hoc turbaris q̄ non polles secularibus scientijs. tā a gētilib⁹ q̄ a catholicis otē: ptui habitis. Ecce q̄ntum ad gramaticam dicit magnus pater Au: gustinus. q̄ canonizatū repitur. Indignū inquit vehemēter estimo vt verba celestis oraculi astringā sub regulis donati. Quantū ve: ro ad rethoricā ex dictis venerabil' jeronimi in decretoꝝ volumi: ne inductis repio q̄ sacra scriptura nec sub verboꝝ venustate nec sub terminis philosophicis est p̄ferēda. Vltimū q̄ntum ad logicam inuenio q̄ ille cullius locutor egregius de dyaletica loquēs. Ali: enum inquit nō fuit vt huius infantie garrulā disciplinā o temne remus. Sed et grōsus origenes cymbres et ranas quibus egipti⁹ pcussi sunt varias dyaleticoꝝ garrulitates et sophistica argumen ta intelligit. Vñ et quidā doctor ad frugē vite meliorīs se ouertēs ita dixit. Linquo coax ranis gēcorvis vanaq; vanis Ad logicā p̄go que mortis nō timet ergo. id est mortis oclusionē. Vex q̄ntum ad quadruuiū astrologiā et hmōi in antedicto volumie venerādū p̄em Ambrosium dixisse inuenio. Astrologia et alia hmōi q̄ despec ta sunt quia nihil valent ad salutē ꝛ mittūt in errorē dum ex his studens curā anime nō hñt. qui vero x̄pm nouit thesaurū sapiēte et sciētie dei inuenit. quia nouit id qđ vtile est. de hac quoq; materia cassiodrū loquentē inuenio Astrologiā inquit sacrilegā sūma intē: tione fugiam⁹ quā etiā nobiliū ph̄oꝝ iudicia damnauerūt Sed et decretalis quedā epl'a illā damnās. Qui videt inquit ī astrolabio duobus annis peniteat. Deniq; in canone et Rabanus dixisse re: peritur. Legimus de beato jeronimo q̄ cum legeret libꝝ cyceröis ab angelo est correctus eo q̄ vir x̄pianus figmētis intenderet pa: ganoꝝ. Postremo redeūdo ad gramaticā repio canones docētes q̄ epi vel p̄sbiteri seu ministri si offēdunt in gramatica vel barba rismis aut soleocismis deum inuocāt et verba que p̄ferūt nō intel: ligunt. non sunt ideo a scolasticis despiciēdi nec deridendi. Vnde et magnus pater Augustinus sic dixisse refertur in decretis. Cum iste scit alia. et ille alia. et iste vtiliora. et ille minus vtilia vl' eti: am noxia. quis non in eis que ille scit ei nō p̄ferat nescientē. Quid igitur tibi de istis cum salua secundū hec morum tuoꝝ honestate transire valeas sine istis. p̄sertim cum in volumine sepedicto dica tur in rubro. In vanitate sensus et obscuritate ambulant qui secu: laribus disciplinis occupantur.

Capitulum quintū continēs ōsolationes hoīm qui se credūt vir tutibus carere ac sup difficili virtutū acquisitione.

Quinto post p̄missa ad dominā cōsolatricē accessit et alius tristis sup materia p̄missi capituli grauiter conquerendo. Cui illa gra ōsolationis de suis puellis tres adiunxit.

I. CONSIDERATIO.

Sed et ſecundum leges illud dicimur poſſe quod cōmode vel ſine incōmodo poſſumus. et nō poſſe ſecundum canonū gloſatores. qđ non cōmode poſſum?. Sane hec doctrina ſcrupuloſo tradita ita ei valere intelligatur. q̄uis alteri forſitan nō valeret. ſicut quādoq; cibus aliquis valet per accidens infirmis deſperatis et eis concedit qui nullo modo ſanis vel etiam infirmis alijs nō ita male diſpoſitis eſſet dcedēdus.

XI. CONSIDERATIO.

Undecima puella ſic ait. O amice caſus poſſ; eſſe quo ꝓpter notabile ſcandalum vitandum vel alias in caſu neceſſitatis non poſſes dfeſſionem obmittere. nec tamen habere poſſes aliquē confeſſorem quin ſcires eum eſſe vel ſollicitatorem ad malum. vel fragilem et ꝓnum ad peccatum illud omittendū quod haberes cō fiteri vel ꝓbabiliter eum eſtimares reuelatorem cōfeſſionis. vel ſcires q̄ peccatum confitendū contra ipſum omiſſum eſſet vel q̄ ex modo vel ſtudio tuo integre confitendi timeres ipſum reddere erroneum vel q̄ ꝓſonam aliam infamares grauiter apud eum. Quid ergo tibi reſtaret faciendū. Videtur omnino q̄ in caſibus huiuſcemodi poſſes vel peccatum tacere vel peccati circūſtantiam ex cui? confeſſione ſeu expreſſione ꝓbabiliter notabile periculum tibi vel alteri iminere timeres. nec in hoc tranſgrederēris qđcunq; ꝓcepcum humanum vel diuinum. quod quidem patet. tum quia quantum ad hoc q̄ confitens ꝓſonam aliam non infamet. dicit innocentius papa quintus. Si peccatum confitētis non poteſt ſine alteri? peccato notificari confeſſori. et per hoc īminet illi aliquod piculū tunc non eſt confitendū. ſed ſufficit peccatum dicere ſine hmōi circumſtantia. vt ſi aliquis peccaſſ; cum filia ſua dicat ſe inceſtū commiſiſſe peccando cum cōſanguinea et taceat de filia. tum quia vniuerſalius loquens thomas aquinenſis ꝓcepta inquit iuris poſitiui non ſe extendunt vltra intentionem ꝓcipientis que eſt finis p̄cepti. Hec autem eſt caritas. ſed malum potens euenire nequaq̄ comp̄henditur in hmōi fine ſeu in intentione p̄cipientis eccleſie. tum. quia ſecundū patrem clareuallis quod ex caritate inſtitutum eſt non debet contra caritatē militare. Sed quid. Certe confeſſioque diuino ꝓcepto et ex caritate eſt inſtituta dtra caritatem militaret ſi penitens teneretur integraliter confiteri quādo ex hoc notabiliter piculū nō ſolū ſibi. ſed etiā confeſſori iminere timeret. tū quia quando ꝓceptum vnum videtur ꝓma facie alteri contrarium. Cum tamen non ſit vera contrarietas inter illa. tunc quidem vnum neceſſario eſt per alterū moderandum vt taliter intelligatur vnum qualiter pmiſerit reliquum. et ꝓpter hoc cum integra confeſſio omnium peccatorum in nōnullis ꝓemiſſis et alijs caſib? eſſ; contra ꝓceptum diuinū de dilectione ꝓximi. Idcirco ꝓceptum

de confessione facienda est secundū exigentiā precepti de dilectione prīmi moderandū et pro diuersitate casuū sane intelligendum ac secundū virtutē epikeie sic interpretandū q̄ ex eius impletione proximo non imineat graue periculū. Denīq; lucerna iuris. Innocentius papa quartus ad confirmationē fere oīm premissorū conciliale statutū confessionis p̄ceptiuum exponens et de necessitate penitentem vegente vniuersaliter loquēs. In casu inquit necessitatis si non inueniat alium nisi illum quē ex causa recusat si iustā causaz habet quare timet q̄ ex cōfessione sua posset piculum et graue peccatum et scandalum p̄uenire. tunc eligat sine confessione mori soli deo confiteatur. Vel dic meliuſ q̄ confiteatur peccata in genere ſz non circūſtantiam de qua posset malum p̄uenire. Ita em̄ ordinabiliter ordinauit deus omnia opa sua q̄ nunq̄m voluit aliquid mali ex eis prouenire. Hec ille innocentius.

XII. CONSIDERATIO.

DVodecima puella tristem ex pplexitate hominem atq; errone um attendens eiq; opatiēs sic ait. Noueris frater venerandū illum doctorem de pēna forti Raymundus loquor in sua sūma perquēdam egregiū glosatorem appata de pplexitate taliter distinxiſſe. Alia est inquit iuris. alia facti. Perplexitas iuris est cum aliquis circa id quod sibi occurrit faciendū inuenit diuersas autoritates sibimuicem oppugnantes. Hec pplexitas per contrariorū concordiam est soluenda. Nam in iure nulla est cōtrarietas. glosa nisi obrogata. sed superficialis tantum. Perplexitas facti est cum dyabolus suggestione sua mala vt ait Gregorius. ſ. in moralibus plerosq; ita peccare facit quatenus si peccatum fortasse fugere appetant hoc sine aliquo peccati laqueo non euadant. Quid ergo faciendum. Ecce canon quidam respondet. Duo inquit mala omnino sunt precauenda tamē si periculi necessitas vnum ex his ppetrare compulerit. id debem⁹ resoluere qō minori nexu noscitur obligari q̄ autem leuius ex his quodue grauius sit pure rationis acumine inuestigemus. etem̄ cum peierare compellimur creatorem quidem offendimus. sed tantūmodo nos maculamus. cum vero noxia promissa complemus. et dei iussa contemnimus. et prīmis impia crudelitate nocem⁹. et nosipsos crudeliori mortis iaculis trucidam⁹ Illic enim. ſ. in iuramento duplici culpaz telo pimimur hic. ſ. in homicidio tripliciter iugulamur. hec canon ille. Sed et alter canō materiam extendens Non solum inquit in iurando. sed in omni qō agitur hec est moderatio sollicitius obseruanda si in talē forte lapsum versuti hostis incidimus insidijs ex quo sine aliquo peccati contagio surgere non possumus illum potius euitādi aditum petamus quo minus periculi nos perpessuros esse cernimus. Hec ibi.

De hoc aũt audi rursum Gregoriũ contra pplexitatẽ facti et innolutionem dyaboli egregio consilio subueniẽtẽ. Ad destruendas inquit vehemoth versucias subtiliter fiat. vt cum mens inter minora et maxima peccata constringitur. si omnino nullus sine peccato aditꝰ patet. minora semp eligantur. quia et qui murorꝝ ambitu vndiqꝫ ne fugiat claudit² ibi se in fugam p̃cipitat. vbi breuior murus ingeritur. Hinc paulus cum quosdã in ecclesia incõtinẽtes cõspiceret concessit minora vt maiora declinarẽt dicens. ꝓpter fornicationem autem vnusquisqꝫ suam habeat vxorem. et quia tunc solum coniuges in admixtione sine culpa sunt cum non pro explẽda libidine. sed pro suscipienda prole miscẽtur Vt hoc etiam quod cõcesserat sine culpa q̃muis minima nõ esse monstraret illico adiũxit Hoc autem dico ſm indulgentiam non ſm impium. Non em̃ est sine vitio quod ignoscitur non precipitur peccatuꝫ. Profecto vidit ꝙ posse indulgeri preuidit. sed cum in dubijs cõstringimur viliter minimis subdimur. ne in magnis sine venia peccemus. Itaqꝫ plerũqꝫ neruorum vehemoth istius pplexitas soluitur. dum ad virtutes maximas p omissa minora transitur. Hec gregorius. verum ad hoc intelligendũ prestat viam vtcũqꝫ sententia magni patris Tuguſtini. Illa inquit desinunt esse peccata que ꝓpter grauiora vitanda suscipiuntur. sicut enim in rebus vtilibus non vocatur damnũ quod propter maius lucrum admittitur. sic et in rebus sanctis nõ vocatur peccatuꝫ quod admittitur ne grauius admittatur. Sed et hoc huius dictum patris necesse est sane intelligi. nec em̃ secundũ apostolum et secundũ Tuguſtinũ facienda sunt mala vt eueniant quecũqꝫ bona. ac per consequens ne vitentur maiora mala quorum euitatio rationem vtiqꝫ boni habet. Quid ergo. Durabit ne pplexitas ob hoc inter duo mala seu peccata quorum alterum necesse sit hominem ppetrare Absit. vt em̃ dictus magnus pater ait vasis ire nunq̃ deus redderet interitũ si nõ spontaneum inueniretur homo habere peccatum. Idem quoqꝫ ait. Vsqꝫadeo peccatuꝫ voluntariũ malum est vt nullo modo sit malum si non sit voluntariuꝫ. Ex quo infert in sũma sua pr̃ primo nominatꝰ ꝙ veritate inspecta nihil est pplexitas. nec potest aliquis esse pplexꝰ inter duo mala. id est necessitate astrictus ad aliquod malum ppetrandũ. cum ergo positꝰ est inter duo mala. aut potest vtrũqꝫ vitare. aut alteruꝫ facere sine peccato. et cum oporet me alterum facere. debeo eligere iuxta cõsilium Gregorij qõ per se consideratũ esset minus malum. Hec ille pater quo dicente. nõ potest aliquis esse necessitate astrictꝰ ad aliquod malũ ppetrandum. Dicit eius glosator nisi ꝓpter errorẽ oscientie aut propter malam voluntatẽ quam non vult deponere. Hec autem videre poteris ex dictis thome aquinensis. Simpliciter inquit nullus est pplexus absolute loquendo. sed quodam posito nõ est inconueniens illo stante aliquẽ pplexum fore sicut intentione

mala ſtante ſiue fiat actus qui eſt in p̄cepto ſiue nō fiat p̄ccatū incurritur. ſimiliter etiam ſtante erronea conſcientia. quidquid fiat peccatum non vitatur. ſed poteſt homo p̄auam conſcientiam et erroneam ſicut et intentionē p̄auam deponere. et ideō ſimpliciter nō eſt pplexus. Hec aquinenſis. Concordat aūt et appat̄ p̄eallegati canonis. duo mala. Duo inquit mala intellige q̄ntum ad fatuā opinionē illi⁹ qui ſe credit pplexū. non em̄ vtrūq; illoꝝ malū eſt licet ille opinetur vtrūq; malum eſſe tamē alterum illoꝝ tantū obligat ipſum. non em̄ peierat licet nō ſeruet tale iuramentum. ſ. quo ſe iurauit homicidiū cōmiſſurum. Cum itaq; dicit magnus pater illa que ꝓpter grauiora vitanda ſuſcipiuntur deſinūt eſſe peccata. hoc intellige non ſecundū ſe accepta ſiue ſecundū p̄iorem opinionem. ſed depoſita erronea cōſcientia et intentione mala. Quod etiam ſubdit. quod admittitur ne grauius admittatur nō vocatur peccatum. hoc intellige vel reſpectiue vel ſecundū eſtimationem alicuius. q̄muis ſecundū ſe acceptum ſit peccatū licet minimū. in caſu tū contra p̄iorem euentum non ſolum faciendū p̄mittitur. ſz et licite fieri poteſt. quo caſu cōſcientia erronea vel intentione mala depoſita veraciter deſinit eſſe peccatū. vti em̄ p̄emiſſum eſt non peierat qui non ſeruat iuramentū quo ſe iurauit facere homicidū. Sic autem et Gregorij p̄emiſſa ſententia egregia de indulgentia vxoris p̄opter fornicationē eſt intelligenda. Nimirum apoſtolus ſecundum eum peccatū vidit q̄ non impari ſz poſſe indulgeri p̄euidit tanq̄ minus vitium. quod q̄muis vitium eſſz ſeu peccatum ſecundum ſe acceptum. tamen in caſu contra euentum maiorum peccatorum que ſine venia eſſent licite poterat fieri. quo caſu circa ipſum intentione mala depoſita et in bonam mutata veraciter deſineret eſſe peccatum.

¶ Capitulum nonum continens conſolationes ſuper ſpeciali perplexitate ex lapſu religionis p̄oueniente.

DOno poſt p̄emiſſa ad p̄ememoratam dominam conſolatricem acceſſit et alius triſtis exiſtens perplexus p̄opter lapſum religionis ſc̄z ex vna parte timendo e male ſagere et fore culpabilem ſi non ad vnguem religionis ſue regulaz et ſtatuta ſeruaret. et ex parte alia formidādo ſe ceteris eſſe grauem. ſi non ſe illoꝝ moribus conformaret. At illa ei domina cōſolationis gratia de ſuis puellis duas ſatis ꝑdoneas deputauit

¶ I. CONSIDERATIO.

PRima puella ſic ait. O frater kariſſime ſufficiat tibi p̄ conſolatione ſi iuxta diſpenſationē p̄ris clareualł te poſſis nō illicite tuis ofratrib⁹ ofoꝝmare. Audi p̄em illū. Qui inquit ſz̄m regulam

viuere ſtatuer ūt et ſi non ad vnguē· vt dicitur cuſtodiunt et ſiqua p̄o ſui clauſtri ritu vel mutant vel p̄termittunt a regulari tñ p̄feſſione nō diſcedunt· dum tamen ſobrie et iuſte et pene p̄o morib⁹ viuere non deſiſtunt· Hec pater ille·

¶ H· CONSIDERATIO·

Secunda puella ſic ait· Eſtimo frater te pplexū ſpecialiter forte p̄opter ordinis tui habitum· vel ſiqua ſunt ſimilia circa q̄ contra ſtatutum et p̄imeuā conſuetudinē vides modernam fratrū conſuetudinem p̄eualere· vexariſq; dubio an p̄iſcos in his ſequi debeas an modernos· Sed ecce ſi reſponſum meuz p̄eſtolaris dico tibi plane q̄ in illis partibus vbi contrariū ammirationē ſeu ſcandalum p̄eualente conſuetudine generaret· te modernis poteris ſē cure ac debes etiam oſormare antiquo ſtatuto ſimplici non obſtā te· Videtur em̄ ad hoc facere decretalis epiſtola· deus qui incipiens· de vita et honeſtate clericorum vbi papa ſic dicit· Ne ſi diſpar in vobis obſeruantia fuerit et diſſimilis habitus apud eos quibus vnum euangelium p̄edicatis ſcandalū ſuſcitetur· mandamus quatenus eo nō obſtāte q̄ inter vos monachi ſunt et canonici regulares vel alij etiam regularem vitam ſub alia diſtrictione p̄feſſi omnes pariter et in vnum regulare p̄opoſitum et honeſtum habitum quantum ad hoc ſpectat officium conformetis· Hec ibi vbi Bernhardus in ſuis caſibus nō ille pater clareuallis· Ex hac inquit decretali nota q̄ p̄opter ſcandalum receditur a iure et ab habitu regulari· et licet addat q̄ iſtud fit ad tempus· ex cauſa tamen ſi cauſa durat· durare debet et effectus· Vnde et circa dictam decretalem ſine vlla determinatione notat Bern̄· abſolute· q̄ quilibz conformare ſe debet moribus eorum inter quos viuit· Et inducit autoritatem magni patris Auguſtini in decretorum volumine canoniſatam· que ſic dicit· Quiſquis rebus p̄etereuntibus ſtrictius vtitur q̄ ſeſe habent mores eorum cum quibus viuit aut intempans· aut ſuperſticioſus eſt· non enim p̄opter aut continentiores ſunt vobiſ plurimeq; beſtie· quia viliorib⁹ aluntur eſcis ibidem vbi et illo viſo qđ in rubro p̄emittitur ſic concludas apud te q̄· ſ· vt morib⁹ te conformes eorz cum quibus viuis habitus tuus ab habitu qui nunc cōmuniter geſtatur a tuarum partium fratribus nequaq̄ debet notabiliter diſcrepare· ſic q̄ ex te vel ex illis ſcandalum generetur non obſtante q̄ modernus fratrū habitus notabiliter diſcrepet ab antiquo· ſz et ſiqua ſūt ſimilia de ill' ē oſormiter iudicandū

¶ Explicit decimusquartus liber de oſolatione theologie· Incipit liber decimusquintus continens oſolationū remedia oꝛa illatur batiua que opponuntur ſpecialiter aīmi ſecuritati et trāquillitati Capitulum p̄imū cōtinēs oſolationes ſup̄ puſillanimitate et timiditate in genere·

Quintodecimo post premissa ad dñam cõsolatricẽ pre memoratã accedẽtibus ꝙ plurimus tristibus vnꝰ ex eis de pusillanimitate et timiditate sua i genere que relam ꝓposuit. Cui illa de suis puellis duas pro cõsolatione adiunxit.

I. CONSIDERATIO.

Prima puella sic ait. O amice cur de pusillanimitate seu timdi tate turbaris. cuius et si mala sit cõditio. a peiori tamẽ te preseruat. videlicet a presumptione seu presumptuositate te in multa mala precipitante. Nempe sicut iaciendo telum multo difficilius est tangere signum q̃m locum aliquem extra ipm. sic secundũ illum arestotelem in suis moralibꝰ difficillimũ est inuenire medium vir tutum. et per consequens facillimũ est non pertingere ad mediũ et ad aliquod extremoꝝ declinare. quod quidẽ extremũ intantũ est tolerabilius ꝙ aliud inq̃ntum minus ꝙ aliud a medio virtutis di stat. ac etiam inq̃ntum ab alio extremo quod alias facile ineſꝫ sub iectũ suũ ꝑseruat. Quid ergo. Profecto pusillanimitas licet nõ sit virtus consistens in medio. sed vnum extremoꝝ. et aliqualis mali habeat rationẽ. tñ qz vnũ oppositoꝝ nõ coexistit alteri i eodẽ subiecto. Ideo hoiem cui inest nata est preseruare a presumptuositate tanꝙ a suo otrario Sane ꝙ pusillanimitate p̃sũptuositas sit opposita ꝙꝫ ab illa ꝑseruari sit tale bonũ ꝙ malicie pusillanimitatis mul tum ꝓponderat. patz ꝑ expigentiã ex oditionibus vtriusqꝫ Animiꝝ in psumptuosis regnat et relucꝫ superbia. q̃ valde est exosa. teste em scriptura odibilis coram deo et hominibꝰ est superbia. Pusillanimi tas aũt ꝙuis non sit virtus. tñ virtuti humilitatis deo gte et hominibus magis est vicina. p̃sumptuosi multus sunt durt et infesti. pusillanimes aũt solent alijs esse blandi. p̃sumptuosi sunt distorta et inquieti. pusillanimes vero pacifici sunt et quieti minusqꝫ distorti p̃sumptuosi ꝙuis in multiloquio nõ desit peccatũ. tñ solent esse in verbis excessiui. pusillanimes autẽ patienter se habent. nec solent peccare excessu multiloquij. Hec oia expientia magistra reruꝫ efficax. sic docet euidenter ꝙ in hoc sermone non est locus dubitandi et nihilominus ꝓpter excessum malicie ipius p̃sumptionis dicit scriptura. O presumptio nequissima vnde es creata.

II. CONSIDERACIO.

Secunda puella sic ait. Audisti frater sozore mea prius referẽte. ꝙ quia difficile est mediuꝫ apprehendere. ideo ad extrema contingit facile declinare. Sane extremum timiditatꝭ oppositũ est audacia. et si timiditas rationẽ mali habeat. inq̃ntum tñ excludit audaciã sic incompabiliter plus ad bonũ ofert ꝙ noceat. O quot homines propter suam audaciam sunt occisi. O quot strages auda cie ostentationem solent sequi. O quanti sanguinis crudelis effusio. O quanta pauperum et terrarum destructio et depopulatio.

O quot audacia subito interfectoꝝ et sine penitentia mortuorum misit ad infernum ad ꝑpetuum cruciatum. O econtra quot peccata ꝓpter timiditatē sunt obmissa que per audaciam sunt cōmissa. Beor itaqꝫ ꝙ vbi vnus pusillanimis vel timidus infernū meruit ibi centum milia ꝓpter suam audaciam hic et in futuro cadere meruerunt Hic in malam mortem et in futuro in infernum. Vnde salomō. Beatus inquit homo qui semper est pauidus. qui vero mentis est dure qualis supple est audax corruet in malum. ¶ Deniqꝫ licꝫ audaces fortuna iuuet non oīmbus hoīs. multo tī plures timiditas preseruat a piculis maximis. Sed et mater ecclesia hoīes timoratos laudare phibetur. Symeō inquit iustus et timoratus expectabat redēptionem isrl et spiritussanctus erat in eo. Dices forte ad vitupium timidi hominis dicitur ꝙ sit vecors. sed ad laudeꝫ hoīs dicitur ꝙ audax sit vel animosus. Item timidus compatur lepori. audax leoni Sed quid est hoc. Certe sepe laudatur apud vulgū quod vero iudicio laude non est dignum. Patet hoc per mūdi sapientes qui audacem non laudant. sed vitupant tanꝑ vitiosum non tenentem virtutis mediuꝫ. licet audaces equiuoco nomine cum virtute fortitudinis habere videantur qualecunqꝫ ꝑticipium. Qꝫ si ꝓpter audaciaꝫ mortis vel alias grande incurrant piculum. nedum apud deum et principatus celestes et vniuersos celi milites. ſꝫ etiam apud huiꝰ mundi homines incurrūt fatuitatis vel insanie vitupium inexcusabile. vbi fuga timidi excusari valet vtcunqꝫ. vtra quod audacibus plus conferret fuga lepozina. ꝙ vanum nomē. quippe tale nomen audacem non ꝑseruat a vitupio dicente scriptura. Cum audace nō eas in via. ne forte grauet mala sua in te. Sequitur cum audace non eas in desertū. quoniā quasi nihil est ante illū sanguis. et vbi non est adiutorium elidet te. nomen autem leporinū pauido ꝺfert quia titulū sapientie sibi affert quando ad tutum locum fugit vel in eo manet. Vnde dicit scriptura. Lepusculus plebs inualida qui collocat in petra cubile suum. et ꝓpter hoc ibidem cōputatur inter quatuor minima terre que sapientiora sunt sapientibus.

¶ Capitulum tercium continens consolationes super passione inordinati timoris ꝙo quis nimis timet impugnationes hominum et inuasiones raptorum.

Secundo post premissa ad dominā cōsolatricē sepedictam accessit et alius tristis ꝓpter timores inimicoꝝ. et specialiter raptorum ꝑturbatus. Cui illa ad ipm consolandum de suis puellis quatuor assignauit.

¶ I. CONSIDERATIO.

Prima puella sic ait. O frater xpiane fidei ꝓfessor. Audi vtrum gentilem Senecam loquor illustrem te cōtra timores hmōi animantem iposqꝫ dissuadentē. Non sis inquit miser ante tempus cum illa

que velut imminentia expauisti forsitasse nunq̃m ventura sunt quedam nos magis torquent q̃m deberent. quedam ante torquent q̃m deberent. quedam torquent eum omnino non debeant. aut angemus dolorem. aut fugimus aut preoccupamus. Si enim futurum est quid iuuat dolore suo occurrere satis cito dolebis cum venerit Interim tibi meliora promitte. aliquando gladius ab ipsa ceruice reuocatus est et aliquis suo carnifici superstes fuit. Hec ille illustris. Sed et contra inordinatum timorē in genere valent tria precipue deum scz timere. deum amare. et in eo sperare seu fiduciam habere. ¶ Vis scire de timore. Ecce dicit scriptura. Timenti deum nō occurrent mala. sed in temptatione deus illum conseruabit et liberabit a malis. ¶ Vis scire de amore. Ecce dicit canonica petri Quis est qui nobis noceat si boni emulatores fueritis. ¶ Vis scire de spe et fiducia. Ecce dicit psalmista. In te domine speraui non confundar ineternum. et iterum. In te sperauerunt patres nostri sperauerunt et liberasti eos. et iterum deo loquens. In te inquit confido non erubescam. Sed et alia scriptura dicit. Qui confidit in illo non minorat⁹ erit. Datet quoq; propositum exemplo. Nam et susanna erat fiduciā habens in domino. et a morte ad quam cō demnata fuerat liberata est. Sint ergo dicta tria simul. nam funiculus triplex difficile rumpitur.

¶ II. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. O amice nescis q̃ dicit scriptura. Fidelis de⁹ per quē vocati estis in societatem filij eius ihū xp̃i domini nostri Si vocauit igitur per te stabit et non per eum. si non ei socialiter coniūgaris et astes ei ipse tibi. quod si fiat nihil dubites nisi legem tibi seruet fidelis societatis. que inquies est lex illa Hec est certe secundum venerandum antistitē Ambrosium q̃ socius repellat iniuriam a socio. Hinc de sociali assistentia dei confisus dixit prophetа ysaias. Iuxta est qui iustificat me. quis detradicet mihi. stemus simul quis est aduersarius meus. Accedat ad me Ecce dominus deus auxiliator meus quis est qui contemnet me. Hinc de societate eius confisus et sanctus job animatiorq; fact⁹ tanq̃ ex hoc neminē timens sic dicebat. Libera me domine et pone me iuxta te et cuiusuis manus pugnet contra me. Ecce quomodo cuiuslibet hominis manus se volentem impugnare minime formidabat. Dixit quoq; et sanctus dauid. Dominus mihi adiutor non timebo quid faciat mihi homo. dominus mihi adiutor et ego despiciam inimicos meos. Que quidem verba erant adlethe fortissimi diuini p̃lij bellatoris plenam in domino fiduciam habentis.

Dices forte quid mea ex pte requiritur vt merear hāc fiduciā. vt p dei adiutoriū otra inimicū hoiez subsistā Audi filiū dauid salomonē. Deū inquit time et mādata eius obserua. hoc est id est subsistit omnis homo. Vnum igitur est deum timere. Vnde ysaias. Quis ex vobis deum timens speret in noie domini et innitatur sup deū suū Dixit igitur salomon. Deum time. et secundū addit. et mādata eiꝰ obserua quia hec debent esse simul iuncta. Nempe et Gregorius in suis ethicis. Timere inquit deum. est nulla que faciēda sunt bona preterire. Vnde et scriptura dicit. Qui timet deum nihil negligit huius timoris dei vtilitatē ad futura extendens. atq; ad pñs referens magnus pater Augustinꝰ. Timor inquit pñs securitatē generat sempiternā. time eum qui super omnes est. et hominē nō formidabis. Sane p̄missa societas in ipius dei sinum te reponit. et timorē a te inimicis hois ita remouet et deponit. quēadmodū dictus magnus pater gratiose p̄mittit. Quid inquit times hominem homo in dei sinu positus. tu de sinu illiꝰ noli cadere. et quidquid ibi passus fueris ad salutem valebit. non ad pniciem.

III. CONSIDERĀTIO.

Tercia puella sic ait. O karissime cur tm̄ times homines. deū time potius. et vt p̄mittitur mandata eius obserua. et tunc dicere poteris cum psalmista fiducialiter agam et non timebo. et rursuz Dominus adiutor meus et p̄tector meus in ipso sperauit cor meū et adiutus sum. Sz et sancta judith de dño loquens nō deseruit inquit spantes in se. Hinc et paulꝰ ad hebreos. Ipse inquit dixit. Nō te deseram neq; derelinq̄ vt ofidenter dicamꝰ. Dñs mihi adiutor est non timebo quid faciat mihi homo. qđ declarās ordinariꝰ apparatus. Hoc inquit post mortē mopsi dixit dñs josue. sicut fui cū mopse. ita ero tecū. ofortare et esto robustus. nō te deserā neq; dereliq̄m. Hoc aūt dixit oīi sperāti in se sicut josue. Hoc em̄ nobis p̄mittit si in illo spem nr̄am ponimus. hec in dicto appatu. Vñ et quod in textu sequitur. Ihs xp̄s heri et hodie ipe et in secula. Hoc inquit pertinet ad supiorē sententiā vbi testatus est ideo deuz dixisse. nō te deseram neq; derelinq̄. poterat em̄ illꝰ videri q̄ hec p̄missio ad josue tantum pertineret ad quod apostolus respōdet dicens. q̄ et hos iuuabit sicut iuuit illum. quasi dicat. non est dubitandum de promissione. quia ihs xp̄s qui heri id in p̄terito adiuuit josue. ipse hodie id est i presenti adiuuat nos et alios fideles. et adiuuabit i futuro in secula id est sine fine. hec glosa ordinaria. Vez licet hec sententia pauli de dicta p̄missione dei tam p ipsius appatum q̄ per thomam aquinensem quodam in loco ad necessariorum prouisionem referatur. tamen etiam ad necessariam dei defensionem contra hostes videtur referenda. cum dicta verba non te deseram neq; derelinq̄m ipsi josue sententialiter fuerint dicta. et non sic restricta vt patet textum libri josue intuenti. dicente sic domino.

Nullus vobis poterit resistere cunctis diebus sicut fui cum moyse ita et ero tecum non dimittam te nec derelinq̄ te confortare et esto robustus tu enim sorte diuides populo huic terram pro qua iuraui patribus tuis vt traderez eam illis confortare ergo et esto robustus valde et supra itez pro generali adiutorio confortare et esto robustus noli timere et noli metuere quoniam tecuz est dominus deus tuus in omnibus ad quecunqz perrexeris hec ille vnde et non soluz de victu necessario sed etiam de pugne necessarijs dominus intendebat atqz prouidebat quando vt triumpharet solem stare fecerat Qui igitur pro necessitate cause vel negocij dicto diuino promisso innititur vt hominē se impugnantem nō timeat plene in domino cōfidens ille deum non temptat sed potius venerabilis Ieronimi consilium sequitur qui dicit in promissis veritatis nemo dubitet quod quidez verbum Ieronimi etiam thomas aquinensis ad eandem intentōnem allegat Sane vt hec consolatio sine calumnia veritatem contineat videtur ad mentem precedentis referenda et ad tria in prima consolatione vltimate expressa

IIII CONSIDERATIO

QVarta puella sic ait O frater vt quid raptores spāliter adeo times cum sint remedia multa contra tales Valet enim fiducialiter dicere officium de cruce et specialiter ptege domine plebem tuam per signuz sancte crucis ꝛc Valet dicere fiducialiter officium de beata virgine Salue sancta parens cum euangelio In principio erat verbum ꝛc valet dicere benedictionem itinerantiū Deniqz contra timorem raptorz et spolia ipsorum valet dicere fiducialiter et specialiter in accursu eorum hanc benedictionez De us meus deus meus deus meus de manu inimicorz extollas me et libera me propter nomen sanctum tuum ab hijs qui approp inquant michi quoniam inter multos eras mecum Deus meus adiutor meus deus meus refugium deus meus liberator meus in hoc cognoui quoniam voluisti me quia non gaudebit inimicus meus super me Hanc quidem benedictionem frater de mane iter periculosum arrepturus nocte precedente somniauit et cum sibi i somnis diceretur q̄ illa deberet vti et sic esse securus timuit eam tradere obliuioni cuius oppositum euenit qua de mane ipsam perfecte sciuit et postea pluries inuasus per raptores nunq̄ pciitatus fuit sicut dixit Cuius rei experimentum etiam ab alijs fratribus quodam in loco habitum fuit vbi super quosdaz fratres veneruut vij in equis cum balistis qui diligenter quid fratres haberent p scrutantes et circiter lx florenos apud eos inuenientes peccuniā inuentam restituerunt et in viam suam abierunt quo in piculo predictus frater asseruit se dicta benedictione vsum fuisse Verum vt

in periculis latronum periculis raptorꝝ magis sis securus prꝛeue=nias pericula te muniendo tribus prꝛius exprꝛessis munimentis·sci=licet timore dei et amore fiducia seu spe firmiter concepta·

¶ Capitulum tercium continens consolationes sup timore dya=bolice illusionis et deceptionis cuiuslibet superstitiose artis·

Tercio post prꝛemissa ad prꝛememoratam dominam cō solatricem accessit et alius tristis super dyabolica il lusione et artis magice deceptōne grauatus cui illa consolationis gratia de suis puellis tres adiunxit

¶ I·CONSIDERATIO·

Prima puella sic ait·Cur times nocere volentem non tamē va lentem·impeditum per magis potentem· Vis hoc scire de ho ste antiquo de aduersario nostro dyabolo·Audi prꝛimo magnū pa=trem augustinum·Dyabolus inquit plerumqꝫ vult nocere et non potest quia potestas ista sub potestate est·nam si tantum posset no cere dyabolus quantum vellet aliquis iustorum non remaneret· Audi rursum magnum Ambrosium·Nisi inquit qui prꝛeci more vi=xisset nunqꝫ accepisset in eo dyabolus potestatem· Aut si accepisꝫ non vt perderet sed vt prꝛobaret sine permissione dei dyaboluꝫ no=cere non posse cognoscas ne potentiam dyaboli magis timeas qꝫ diuinitatis offensam·Rursum audi et patrem clareuallis·Demo=num inquit est mala suggerere ·nostrū est non sentire quotiens eis resistimus totiens eos superamus·angelos glorificamus ·deū ho noramus qui incitat vt pugnemus·adiuuat vt vincamus·consoli=dat ne deficiamus·Hec ille pater·Ex quibus patꝫ qꝫ efficaciter pe tit ecclesia quando sic canit· Eurgila super nos eterne saluator ne nos apprꝛehendat callidꝰ temptator quia tu factus es nobis sem piternus adiutor·Deniqꝫ contra timorem dyabolice temptationis et impugnationis patent supra remedia oportuna·

¶ II·CONSIDERATIO·

Secunda puella illusionum timorem attendēs sic ait· O homo fateor causam timendi habes·Nempe fidelis et prꝛouida ma=ter ecclesia periculum nostrum exprꝛimens et remedium pariter in=nuens ita nos alloquitur·fratres sobrij estote et vigilate quia ad uersarius vester dyabolus tanqꝫ leo rugiens circuit querens quem deuorꝛet cui resistite fortes in fide· Ecce resistite inquit fortes i fi=de·Cui remedio doctrina cōcordat magni Anthonij p neptē meā superius recitata·Is enim fratres suos alloquens varias inqt de=monum nostis insidias·credulitatez nomnis xpi vestris figite mē tibus et vniuersi demones fugabuntur·Facit autem ad hoc reme=dium a sensu contrario qꝫ sicut hystoriographus quidam scribit·

XV

Sanctus longinus ait ad demones habitantes in ydolis· cur habitatis in ydolis·responderunt vbi xps nō noiatur et eius signum non est positum ibi est habitatio nostra·

III·CONSIDERATIO·

Tercia puella dyabolicaꝝ artium et supstitionum deceptōnes attendens sic ait·O homo scias ista bonis non timēda ꝫ prauis hominibus et fidem adhibentibus deo hoc ꝓpter ipsoꝝ peccatum pmittente·Audi magnum patrem augustinum ꝑ eius recitat autoritas in volumine decretoꝝ· Hec inquit potestas ideo datur immundis spiritibus vt prauos homines seducant·Illos videlicet qui spernunt veritatem et credunt mendacō·et iuxta pauli sententiam sanam doctrinam nō ferunt ꝫ ad sua desideria coacernabunt sibi mgros pruriētes auribus et a veritate auditū auertēt ad fabulas aūt auertentur onerati peccatis ducent' variis desideriis·Hec pater ille·Sed quid·Profecto otra p̄missa quibus praui homines merent' seduci tanꝑ excecati multuz valere videtur ille versus psalterij·Illumia dñe oculos meos ne vnq̄ obdormiam in morte neq̄ dicat inimicus meus ꝑualui aduersus eum·Fert' em̄ q̄ vagus quidam sortilegus quandam psonam quā seduxerat secū duxit·quibusdam aūt monialibꝰ ipm ob hoc arguentibꝰ et psonaz ꝑ eum seductam ad fletū ꝓuocantibus ominabat' eis ille vagꝰ q̄ arte sua maledicta idem omnino vellet in eis opari·Sed cum hoc attemptaret nō ꝓfecit cum tñ moniales ille nichil scirent qō eas otra machinatōnes illius defendisset nisi q̄ ominatōnem eius timentes se benedixissent dicendo p̄dictum versuz·Fertur etiam q̄ q̄dam demoniacus alberto magno·hec verba vel similia dixisset q̄ videlicet sciret quendā versum in psalterio quicunq̄z illum quotidie diceret nunq̄ ad sui damnatōem seduci posset et q̄ cum ille requisitꝰ nollet dicere alberto quis esset versus ille· Albertusq̄z dixisset ergo omni die legam totum psalterium et ꝑ consequens etiā versum illum· demon timens hoc ꝑ eum fieri ne tantum bonū faceret fatebatur ei q̄ esset versus ille·Illumina domine oculos meos·ꝛc·

Capitulum quartum continens consolationes sup timore pditōnis virginalis honoris ratōne violente coruptōnis·

Quarto post premissa ad dominam consolatricem principalem accessit et alia persona tristis anxiata ratōne timoris quo perdere timuit virginalem honorem ꝑpter violentam coruptōnem·cui illa de suis puellis tres adiunxit·

I·CONSIDERATIO·

Prima puella sic ait· O virgo laude digna cur ymaginaris q̄ violentam corpis tui correctionem sequatur honoris amissio

virginalis. Nequaq̄ istam timeas dsequentiam. sicut cm̄ sacrificio in manu fidelis posito violenter attracta ad sacrificandum ydolo deus illud deridet sacrificium testante gratiano. Ita et violentam virginei corpis corruptionem dicere corruptōnem est apud deum derisio Quippe testāte ysidoro qui hoc dsiderat et volumē decretoz. hocip̄m autenticat. non potest corpus corrūpi nisi prius corruptus animus fuerit. munda nāq; cogitatione animi caro nō peccat.

II. CONSIDERATIO.

Secūda puella sic ait. O virgo quomō illo saltē apud deū poderes honorem quo etiam ip̄m tuum corpus non pdit sanctitatem vtiq; venrabilē et maxime ꝓpter martirij quod gloria et honore coronatur emulatōne. Nequaq̄ inquies. Sed quid. certe q̄ corpus virginale violenta corruptōne nō pdat sanctitatez. De hoc audi magnum patrem augustinum cuius dictum assumit volumen decretoz. Dropositio inquit animi pmanente per quod etiam corpus sanctificari meruit. ipsi corpi non aufert sanctitatem violētia libidinis aliene. quā seruat perseuerantia sue dtinentie. Rursum q̄ talis corporis violenta corruptō martirij quodāmodo passionem emuletur. De hoc itidem audi p̄dictum magnum patrem cū autoritatem assumit antedictum volumen. Ad dominum inquit ingemiscentib9 omnino suis aderit. qui suis adesse consueuit. aut nihil in eoz castissimis membris libidine hostili ꝓpetrare pmittit. aut si pmittit cum eaz animus nulla consensionis turpitudine maculetur. etiam carnem suam defendunt a crimine. et quidq̄d in ea nec cōmisit nec pmisit libido patientis solius erit culpa facientis. omnisq; illa violentia non pro corruptionis turpitudie. sed p passionis vulnere deputabitur. tantum enim valet in mente integritas castitatis. vt illa inuiolata nec in corpore possit pudicicia violari. cuius membra potuerunt superari. Hec pater iste.

III. CONSIDERATIO.

Tercia puella sic ait. O virgo deuota. vt quid de violenta corruptione turbaris. ne timeas q̄ ꝓpter illam virginalis honoris detrimentum aliquod patiaris. vel q̄ ꝓpter ipsam tanq̄ dfusa infamia noteris. quinimmo potius nedum apud deum dgnitorem cordium. sed etiam apud huius vite homines tibi ad honorem cō putatur. et tanq̄ honorabilis passio coronatur. Vis hoc scire. Audi q̄ gratiose hoc tradidit gratianus in venerabili decretoz volumine. q̄uis inquit corpus violenter corrumpatur tamen castitas duplicatur. Sic beata lucia fertur dixisse pascasio. si in vitam me feceris violari. castitas michi duplicabitur ad coronā. Sic ergo virgo exultes testimonio habito ab hijs qui foris sunt interioris animi tui testimonio nichilōi9 concurrente.

Capitulum quintum continens consolationes sup timore mortis in genere.

QVinto post premissa ad dominam consolatricem premomoratam accessit et alius tristis conquerens in genere de timore mortis. At illa eidem consolationis gratia de suis puellis quinq assignauit.

I. CONSIDERATIO.

PRima puella sic ait. O mortalis homo cur mortez times. quod faciendo stultum te esse doces. Audi senecaz illustrem. Nemo inquit impitus est. vt nesciat quandoq sibi moriendum esse. et tñ cum ꝓpe accesserit tergiuersatur tremit ploraz. nonne tibi videtur stultissimus qui fleuerit ꝙ ante millos annos non vixerit. eque stultus est qui quia post annos non viuet hec pia sunt. non eris. ñ fuisti. vtrumq tempus alienum. quid ergo fles qui ad hanc legē natus es. Rursum stulticia tua etiam ex hoc apparet ꝙ times statū tuum terminari in quo plus est amaritudinis ꝙ voluptatis. Audi venerandum patrem Ambrosium. Mors quidem inquit cum omnes absoluat paucos delectat. At vero non est vitium hoc mortis sed nostre infirmitatis qui voluptati corporis et delectationibus vite istius capimur. et cursum hunc cōsummare trepidam⁹. in quo pl⁹ est amaritudinis ꝙ voluptatis. Hec ille pater.

II. CONSIDERATIO.

SEcunda puella sic ait. Cur homo times ꝓ mortez ꝑdere. quod merito habes contemnere ꝓ magna tua quiete et securitate. Quid nam inquies est illud. certe vita presens. Vis hanc scire fragilem et otēptibilem esse. Audi Iacobuz alphei. Que inquit ē vita vestra. vapor ad modicum parens. Vis scire ꝙ eius otemptus qetum et securum reddit. Profecto docet expientia. ꝙ sicut met⁹ facit hominem inquietum et anxium. sic et otemptus illi contrarius quietum facit et securum. quod in ꝓposito de vita hominis specialiter patet. Audi illustrem senecam. Pusilla inquit res est hominis vita. sed ingens res otemptus vite. Hanc qui otempsit securus videbit maria turbari. securus despiciet horridam faciem fulminantis celi. quid ad me ꝙ magna sint quibus peo ipm pire nō magnū est. Hec ille illustris qui otra piculum anime et ꝓ hominis salute tacite questioni respondet sic ex ꝑmissis inferendo. Proinde si volum⁹ esse felices nec hōim nec rez timore versari. anima in expedimento habenda est. Hec ille gentilis. cuius vltimum verbuz sic capet fidelis. ꝙ ad timorem mortis excludendum requirit². ꝙ homo quo ad animam sit bene expeditus ad moriendum. quo solo nō neglecto consilium huius gentilis de contemptu mortis timore postposito. etiam alio in loco locum habet. Contemne inquit mortem et omnia que ad mortem ducunt otempta sunt. siue bella siue naufragia. siue minaz ponderа. Nunquit amplius facere possunt

q̄ vt corpūs ab anima resoluatur. hoc nulla diligentia euitat. nulla felicitas donat. nulla potentia euincit. o te dementē et oblitū fragilitatis tue si tunc mortem tantū times cum tonat. niues siue fulmen effugeris. repetet te gladius. petet lapis. petet ymber. nō maximum ex piculis. sed impetuosissimum fulmen est tecum. si sensum mortis a te sceleritas infinita preueniet. Ideo deo ꝓpicio quia metuendum est. animus ex ipa desperatōne sumatur Hec dictus illustris.

III. CONSIDERATIO.

TErcia puella sic ait. O homo nonne quietē amas. nonne et sapientibus assimulari desideras. fatere hoc necesse est. Sz q̄d. Profecto ad hoc requiritur q̄ mortem non timeas. Audi ciceronianam sententiaz. Meditatō inquit esse debet ab adolescentia vt mortez negligamus. sine qua meditatōne tranquillo animo nemo esse potest cum certissime moriendum sit et quo incertum tpe. sapientissimus quisq; equissimo animo moritur. et ex hac vita discedit tanq̄ ex hospitio. non ex domo. omorandi em̄ diuersorium natura nobis dedit. nō habitandi. hec cicero cuius vltimo verbo paulus accordat. Non inquit habemus hic manentem ciuitatem. sed futuram inquirimus.

IIII. CONSIDERATIO.

QVarta puella sic ait. Nonne amice supi? ꝓ neptem meam didicisti longam vitam. longam esse miseriam Hinc aūt plane seq̄tur q̄ cum mors finem imponat miserijs mimme sit timenda. Audi illum Salustium. In luctu inquit atq; miserijs mors erumnaꝝ. requies est. non cruciat?. Hinc et ille maximianus sic metrice ait. O q̄ dura premit miseros oditō vite. Dulce mori miseris sz mors optata recedit. At cum tristis erit p̄cipitata venit. Forte dices nō timeo omnem mortem. sed malam vel turpem. Quocirca audi ciceronem. Nequaq̄ inquit viro forti turpis mors accedere potest. Audi quoq; et ꝓsperum. Non est inquit putanda mors mala quam bona precedit vita.

V. CONSIDERATIO.

QVinta puella sic ait. Noueris amice q̄ zenon stoycus sicut refert illustris Seneca hac collatione vsus est. Nullum malum glorioſum est. mors autem glorioſa est. mors igitur malum nō est. Sed quid. Profecto ex hoc sequitur q̄ mors timenda nō est. quippe timoris obiectū non est aliquid nisi tale q̄ mali habet ratōem. Dices forte collatio dicti stoyci verum non concludit. quia aristotili ypotethico contradicit. Is enim dicit q̄ finis terribilium est mors. Ereas certe inter hec nisi distinctōz attendas. Ecce enim cicero sic distinguit. Mors quidem inquit hijs quoꝝ cum vita extinguntur omnia terribilis est. non aūt hijs quoꝝ laus emori nō pt. Hec ille. cuius quidem curzit distinctō inter vitōſos et virtuoſos

quoꝝ nimiꝝ virtuosoꝝ laus non potest mori. quemadmodum di xit poeta quidam. Ite alacres nostri nunc̄ moriuntur honores. Sa ne pro hac parte distinctōnis capienda est et illa sententia cycero nis. Qui inquit non modo quia mori necesse est. verum etiam quia nichil mors habet quod sit horrendum mortez non timet. magnū sibi presidium ad vitam beatam compat.

Capitulum sextum continens consolationes sup timore mortis et hoc specialiter quādo sunt tonitrua et fulgura rōne tēpestatis.

Exto post premissa ad dominam consolatricem p̄notatam accessit et alius tristis timens mortem incurrere per fulmina et tempestates. Cui illa consolatiōis gratia de suis puellis tres adiunxit.

I. CONSIDERATIO.

Prima puella sic ait. O amice vt quando sunt tonitrua mori p fulmina et tempestates minus timeas beati johannis qui filius tonitrui appellatur sacrosanctū euangelium. In principio erat verbum sme caracteribus tecum habeas vel ipsum omni die a sacerdote audias vel per te legas et specialiter quando est tempestas. Nimiꝝ fertur q̄ tribus simul religiosis p campos euntib⁹ et veniente tempestate maxima et timentibus ipsis mori a fulgure et tempestate. audita est vox in aere que dicebat interrogatiue p cūctiam. et respondit vox percute. quo audito statim vn⁹ eoꝝ percussus cecidit et mortuus interijt. Post hoc duo superstites vt periculum euaderent celerius cucurrerunt. sed vox in aere secundo ē audita que dicebat. Percutiam. et responsum est percute. quo audito statim secundus percussus cecidit et mortuus interijt. post hoc tercius totus attonitus periculum tempestatis eiusdem cursu celerrimo libenter euasisset et simliter vocem audiuit in aere percutiaz. et responsum est non. quia iste hodie benedictum illud euangeliū audiuit. In principio erat verbum et verbum caro factum est .ꝛc. et sic iste solus euasit.

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. O dilecte inuoca virginem gloriosam per salue regina prout sequitur et ipsa erit tibi presidio cōtra fulminis lesionem. Audi cesarium de cisterciensium ordine loquētem. In villa inquit dyocesis treuerensis sacerdos quidam parrochiam regens. die quadam vnum ex conseruis nostris hospitio recipiens. ait ad illum. ordinem vestrum plurimuz diligo quia multum boni michi contigit per eum. antiphonam illam gloriosam.

Salue regina ab illo habeo et quid per illam michi ꝺigerit enarrabo ad omnes hoꝛas meas illam ꝺicere conſueui et cum ꝺie quaꝺam campum tranſirem quanꝺam viſitare recluſam iuxta eccleſiā ſolitariam habitantem ꝺꝛta ſunt tonitrua tam valiꝺa vt vires amꝺulanꝺi michi aꝺimerent. veniens tanꝺem cum multo laboꝛe ſimꝫ ac timoꝛe aꝺ eccleſiam ipſam intraui et coꝛaꝫ altari me ꝓſternens ꝓo ipſa tempeſtate ꝺominam noſtram interpellaui. et ecce matrona virginei vultus miriqꝫ ꝺecoꝛis ꝺe altari aꝺ me veniens cuꝫ aꝺmirarer que nam eſſet illa me ꝓioꝛ allocuta eſt ꝺicens quia antiphonam. Salue regina libenter ac frequenter ꝺecantas nunqꝯ tonitrua neqꝫ fulmina quoꝝ timoꝛe ſepius affligeris te ledēt. Sicqꝫ aꝺ altare reꝺigens in oculis meis diſparuit. et ſtatim intellexi quia ipſa eſſet clemens illa pia ac ꝺulcis maria.

III. CONSIDERATIO.

Tercia puella ſic ait. O frater ſcias qꝯ contra timoꝛem fulguris et tempeſtatis et vniuerſaliter contra timoꝛē moꝛtis imminētis ratione cuiuſcunqꝫ periculi nichil eſt melius qꝯ non eſſe ꝺſciuꝫ ſibi alicuius actualis peccati vel qꝯ ſe eſſe a peccatis iuſtificatum et hoc firmiter ſperare. Hoc ēm egregium verbuꝫ ꝺicit gregoꝛiꝰ Nulluꝫ inquit genus moꝛtis bono et recte viuenti homini metuendum eſt. Cur enim metueret cum ſcriptura ꝺicat. Iuſtus ſi preoccupatꝰ moꝛte fuerit in refrigerio erit Ante periculum ergo peccata tua ꝺiſcrete confiteaꝛis. qꝯ ſi moꝛtis periculo imminēte optunitatem confitendi non habeas ſaltem conteraꝛis qꝯ poteſt fieri in ictu oculi et ſic iuſtificatꝰ ſi fueris optabile erit tibi moꝛi et vaciter ꝺicere poteriſ. cupio diſſolui et eſſe cum criſto.

Capitulum ſeptimum continens ꝺſolatōnes ſuper timoꝛe pene doloꝛis temporalis ac eterne et gehennalis.

Septimo poſt ꝑmiſſa aꝺ ꝺominam ꝺſolatricem ꝓefatā acceſſit et alius triſtis grauatus ratione timoꝛis pene temporalis et eterne. cui illa gratia conſolationiſ ꝺe ſuis puellis ꝺuas aꝺiunxit.

I. CONSIDERATIO.

Prima puella aꝺ penam tempalis doloꝛis reſpiciens ſic ait. Tu homo qui times penam tempalis doloꝛis vel times doloꝛes pati in hoc ſeculo. vel times doloꝛes futuros in purgatoꝛio. Siquiꝺem in hoc ſeculo. ꝺe hmōi poteris conſolationem recipere timoꝛem excluꝺentem vel ſaltem minuentem ex hiſs que ꝓius ꝓ neptes meas ſunt euiꝺentius ꝺeclarata. Doꝛo ſi ꝺe pena agitur purgatoꝛia ꝺe huius timoꝛe non ꝺoleas ſeꝺ gauꝺeas. qꝫ illuꝫ

eligibilem esse scias· quippe inter duo mala minus malum est eligendum· Sed quid· Certe dictus timor minus quidem malꝰ est ꝙ quodcunq; mortale peccatum etiam minimū a quo timor talis retrahit cuius retractionis bonitas cōparabiliter timoris huius ꝑponderat malicie siquam habet·

II· CONSIDERATIO·

Secunda puella ad hominem ꝓpter timorem pene infernalis contristatuz sic ait· O amice qui hoc timore grauaris scias ꝙ q̄uis sit passio imperfecta· habet tamē bonū effectum Vis scire q̄z Ecce timor pene eterne cadere facit per penitētiam a vertice superbie quemadmodum habetur ex venerabili decretorum volumine· Vbi et notatur ꝙ licet sit seruilis cum quo habitare caritas dedignatur· tamen iste timor introducit in hominem timorem filialem sicut setha filium· habet igitur iste timor ꝺditōz supbie contrariā vtpote de vertice ipsius cadere facientem· habet conditionē etiaz ad veram penitentiam promouentem· sed et introducit timorem filialem caritati cohabitantem· Et nonne isti sunt boni effectꝰ· Sūt omnino· Sed dices forte primo declara michi penitētie ad quā ꝓmouet bonitatem· Ecce ꝙ magna est eius bonitas quā magnus pater Augustinꝰ sic describit· Penitentia inquit languores sanat· lepros curat· mortuos suscitat· sanitatem auget· gratiam conseruat· claudis gressum· cecis restituit visum; vitia fugat· virtutes exornat· mentem minuit et roborat· hec iste pater· Sed et si times in penas infernales descendere scias ꝙ penitentia alis comparatur vt infra declarabitur que te in celum facient leuiter euolare· Dices forte scdo quid in hoc boni consistat ꝙ predictus timor te cadere facit a vertice superbie Ecce sicut humilitas gradus habz quibus per eam tanq̄ per scalam ad celum ascenditur quo fit quidem ꝙ qui se humiliat exaltabitur· Ita et superbia graduꝫ habet quibꝰ per eam tanq̄ per scalam plus et plus ad profundum inferni descenditur· Per verticem igitur superbie ille gradus intelligitur q̄ superbiam in summo seu in potissimo esse suo constituit· cadere ergo a vertice superbie est cadere a superbia in potissimo suo esse· qđ est dicere quidem ꝙ superbia que radix cuncti mali et regina omnium vitiorꝫ esse a sanctis predicatur non potest esse ita perfecta quin timor infernalis pene faciat ab illa recedere et se ad penitentiam humiliari sub potenti manu dei vt nos exaltet in tempore visitatōis· O q̄ bonū est gꝰ a superbia cecidisse Nempe vt ait magnꝰ pater· Iste inquit immaculatus est qui hoc delicto caret· quia hoc est vltimum redeuntibus ad deuz qđ recedentibus primum fuit· Vnde etiam rursum de superbia scribens· Ipsa est inquit omniū peccatorum initium et finis et causa quoniam non solum peccatū est

ipsa superbia sed etiam nullum peccatuz potuit·aut potest·aut po terit esse sme superbia· ¶ Postremo forte dices quid bonitatis est in filiali timore q̄z seruilis timor introducit·Multuz per omnē mo dum· Nimirum filium dei constituit·qđ quidem vna cum caritate ei cohabitante facit·testante Iohanne filio zebedei filioqz virgi nis·videte inquit qualem caritatem dedit nobis pater vt filij dei nominemur et simus·Sed quid·Certe paulus dicit si filij et here des·heredes quidem dei·coheredes autem cristi· et nulli dubium quin res optima immo summum bonum sit hereditas eorum qui in filios dei adoptantur· hijs nimirum cum paulo dicere competit gloriamur in spe glorie filiorz dei·

¶ Capitulum octauum continens cōsolatōnes super dubitatione hominis de sua predestinatione et salute·

Octauo post p̄missa ad antedictaz dominam solatricē accessit et alius tristis ꝓpter dubitationem de sua pre destinatione et salute perturbatus·Cui illa pro con solatione duas de suis puellis assignauit·

¶ I·CONSIDERATIO·

Prima itaqz puella sic ait·O amice karissime noueris q̄ cer ta electio non stat cum dubitatione probabili·Si igitur vis vt te dubitatio grauiter non molestet spera in domino atqz satage vt electio tua per bona opera fiat certa· Ad hoc enim hortatur princeps apostolorz petr⁹ Fratres inquit satagite vt p bona opa certam vestram vocatōnem et electōnem faciatis ·sic enim abun danter ministrabitur vobis introitus in eternum regnum domini nostri jhesu xp̄i·Nimirz bona opera si feceris te ad celorum regna tanq̄ predestinatum subleuabunt·Vna enim cum illis te esse p̄de stinatum reputes ad salutem·quemadmodū em̄ aquilo ab eterna p ordinata est ad volandum sursum·non tamen sine pēnis quib⁹ sub leuatur ad celum aereum· cuius pullos si videres adhuc in nido nudos existentes dubitare posses de futuro eorz volatu quod du bium non manerz ꝓbabile si pennas eis videres crescere·Ita pro fecto est de homine predestinato ad celeste regnum nō scdm nudā eius sustantiam sed vna cum bonis et virtuosis opibus tanq̄ pen nis ipsum subleuantib⁹·dicēte ob hō psalmista·Quis dabit mihi pēnas sicut colūbe et volabo et req̄escam·Hoc est aūt qđ ex auto ritate gregorij venerabile decretorz volumen videtur saltem tan gere·Ea inquit que sancti viri orando efficiunt ita p̄destinata sunt vt p̄cibus obtineantur ·nam ipsa quoqz phennis regni p̄destinatō ita est ab omnipotente deo dispositа vt ad hoc electi ex labore p ueniant quaten⁹ postulando mereantur accipe qđ eis omnipotēs deus ante secula disposuit donare·

III. CONSIDERATIO.

